

# Joannis Despauterij Ni

nuitæ de Figuris Liber: ex Quintiliano: Donato:  
Diomede: Valla Placétino: Mancinello: Nigro  
pluribusq; diligenter concinnatus.



D. Pardo

A de L'ollio de Nellinger C. 1773

Venudatur ab Iodoco Badio Ascensio sub gra  
tia & Priuilegio ad calcem explicandis.

Ioannis Fonssomii Melotensis ad  
lectorem Tetraстichon.

Qui Latios tentare lacus : variamq; poesim  
Sedatamq; sacro vis Helicone sitim:  
Perlege , quas doctus tibi dat Niniuita , figurat:  
Tramite sic facilis nota Poesis erit.

Ioannis Frigidiuallę Pernensis ad  
lectorem Hexastichon.

Hac Despauterii voluantur scripta , probatis  
Quę de caudicibus sedula carpsit apes.  
Hinc sibi multimodam poterit vir cogere frugem ,  
Quem bonus artidocę Palladis vrit amor.  
Candide zoileos igitur depone latratus ,  
Nec capera frontem lector amice tuam,

Ioannes Despauterius Niniuita Ioanni Molino Canonico Tornacensi clarissimo: musarū delitiis: & Neruiorum decori Salutem. P.D.



Iguras nostras Ioānes Moline disertissime tuę celitudini dicādas censui: non quo celebrior per me fieres: verum vt sint dulce amicitiæ nostrę monumentū. Tu enim Latinat linguae doctissimus: neque Gr̄ecæ imperitus: famigerabiliors quod cui nostrę nuge claritatis quicquod adiificant. Miraberis scio qui post Mancinellum de figuris scribere ausim: causam paucis accipe. Antonius Mancinellus aceritimi ingenii gr̄amaticus de figuris tam doctescripsit: vt opusculum eius assuatur grammaticæ Sulpitii: Nebrisensis & pluriū: vtque olim ea de causa negauerim me de figuris quicquod scripturum. Verum superiore anno Badius cōmunis amicus: si ne controuersia doctissimus: admonuit vt Mancinelli figurās diligētius examinarem: quod vt feci: statim cognoui me operę precium facturū si ex ipso & Quintiliano ceterisque qui de figuris scripsērunt: nouum de his opusculum excudere: quum propter alia tum propter male obseruatās a Mancinello & aliis syllabarum quantitates etiam citra metri necessitatē. Quod autem hīc affert ad sui excusationē Mancinellus: vt in fastis Baptista Mā

Ioannis Despauterii Niniuitæ

tuanus illud Manili: Ornari res ipsa negat contēta doceri: mihi neuti⁹ placet. Neq; enim Manilius passim contra Latinorū consuetudinem confundit omnia: quia latinitatis & quantitatum obseruātissimus est: n̄ si forsitan in Italia & naufragia: in tanto opere. Itaq; veniam petit Manilius: nō si more istorum omnia inquinet: verū si nō tam eleganter tāq; suauī modulatione carmina sua q̄ aliorum fluant. Res enim cogit versus interdum fieri duriusculos: Ita ornari res ipsa negat cōtentā doceri. Proinde rīdiculus est qui pœnultimā produxit in acinus: peribolus &c. dicta authoritate: vt putat: satis excusatus. Nihil tale reperietur in Figuris nostris: quas tibi nuncupatas disertissime Moline hilari frōte suscipito: & ab inuidorum suggestiōibus pro virili parte defendito. Vale. E museo nostro Cominienſi quarto nonas Februarias Anno Dñi sesquituisseſimo decimonono.

1512.

Ioannis Despauterii Ninuitae  
De Figuris Liber  
Vnicus.

## Figuræ Definitio &amp; Diversio.



Rte nouata aliqua dicendi forma figura est.

Sunt eius species Metaplasmus, Schema tropusq.

Quas manifestatis vitiis reserabimus ample.

**F**igura est arte aliqua nouata forma dicendi. Aut Figura est confirmatione quædam orationis remota a cōmuni & primum se offerente ratione. Vtraq; definitio est Quintiliani in libro nono de institutione oratoria. Ex quo & octavo eiusdem sumpta sunt ferme omnia q; de figuris scripsete Donatus, Diomedes, Valla Placentinus, Niger, Mäcinellus: & ex primo eiusdē, q; de Barbarismo & Solocisimo tradidérunt. Hos ipse postremum fecutus: omnia copiosius & clarius trādere totis viribus conatus sum: id an effecerim, lectors candidi facte iudicauerint. Figuratum notitia est poetis oratoribusq; necessaria vt Quintilianus declarat. Cæterum fuerit operæ preicum vitiorum naturam ante manifestare, quæ authore Fabio in primo, s;epe a figuris separate difficile est. Nam facile specie recti decipimur: fantaq; est iis inter se cognatio: vt quod in prosa aut apud imperitos vitiū nomen indipiscitur: poetis veneri ducatur.

Figura.

## De Vitiis.

**S**ixta orationis generalia sunt tria: vt Diomedes scribit. Obscurum. Inordinatum. Barbarum. Obscuritas species sūt osti. Acyrologia. Pleonasmos. Perissologia. Amphibologia. Tautologia. Echipsis cum Apostopei. Aenigma. Macrologia. Inordinate orationis species sunt quinq;: authore Diomede. Tapinosis. Cacophaton siue Cacephaton. Cacosynthon. Aeschrologia. Cacozelia. Barbaræ orationis species sunt duæ: Barbarism⁹ & Solocisim⁹. q; vitia in primis vitâda primū declarabunt.

A iii

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

Barbarus est quisquis scribendo siue loquendo

Verbum corruptum: peregrinum est Barbara lexis.

Barbari =  
simus.

Barbara  
lexis.

Lexis.

Barbarus.

Barbaro-  
phoni.

Barbari-  
sim⁹ quo  
modis fiat

**C**Barbarismus est vnicæ dictionis corruptio scribendo aut loquendo commissa: ut tollero cum duob⁹ ll. Busiris pœnultima corrip̄ta. Neq; enim defenditur auctoritate Papinij: ut pleriq; male putant. Barbarinus secundam corripit: ut Barbarus. Ideo hexametrum nō ingreditur. Alexander eius loco Barbaris dixit: ut flectatur Barbaris idis. Barbara lexis est dictio peregrina: ut guerra, bladum, stufa, fatellus, catallum & mille id genus alia imperitis sacerdotibus & noſtanjs vſitatissima, elegantiæ amatoribus summopere vitanda. Nō nulla tamen longo veterum vſu recepta sunt: ut maftruca aut maftruga. Sardum apud Ciceronem vſimenti nomen. Magalia & malitia punica: lancea & gurdus pro folido hispanica. Reda & Petoratum vehicula, gallica. Gaza persicum. Actinaces Medicum, Authore Donato. Mappa circa vſitatum nomen punicum. Author Quintilianus in primo. Barbara lexis est oratio adiectivi & substantivū. Lexis. id est dictio, lexicon vocabularium. BARbarismus dicitur a Barbarus. id est dissonans: quia a vera latinitate dissonat, dissidet, discordat. Barbari ab initio dicti sunt factio noīe qui dute atq; asperre loquebātur. BARbari etiam sunt quicunq; alienigenæ prescritim ferri & morib⁹ inculti. Martialis. Barbara pyramidū sileat miracula mēphis. Psalmographus. In exitu Israel de Aegypto: domus Iacob de populo Barbaro. Graci præ se Barbaros censemant etiam latinos. Plautus in asinatis argumento. Marcus vorrit Barbare. id est latine ut recte declarat meo iudicio Pylades. Postea desierunt latini inter Barbaros haberi. Cætetum tam inter græcos q; latinos Barbari semper vocati sunt q̄cūq; latina & græca vba male scripserūt aut pñicia uerunt. quos Alceus Barbarophonus appellat: & ipm vitiū Barbarophoniā. Differit Barbarism⁹ a Solocismo q; hic oronis sit corruptio: ille vero vnicæ dictionis. Author Quintilian⁹ in primo. Barbarism⁹ in prosa nomen suum retinet: apud poetam Metaplasmus & pathos nuncupatur. Ideo licet ex poetis deponantur Barbarismi exempla, ne credas ipsos locutos esse barbare: siue (ut veteres s̄epius dicebant) rustice. Sed intelligas Barbarismum fore: si quis ita loqueretur in prosa. Itidem censemendum est de Solocismo: cui schemati apud poetas nomen est.

Barbarism⁹ fit duobus modis. Scripto & pronunciatio-  
ne. Idq; quadrifatiam. Adiunctione, Detractione, Mutatione, Trans-  
mutatione, literæ, syllabæ, temporis. ADiunctione literæ: ut reli-  
quæ, telligo, tellatus gemino ll. ADiunctione syllabæ: ut alituū, ma-

uors, Induperator. ADiectione temporis: vt Italia prima longa quum sit naturaliter breuis. Author Quintilianus in primo. Sic sophia philosophia penultima longa Barbarismus est: nulla auctoritate excusabilis quicquid dicat hic Mancinellus. DExtractio literæ sit Barbarismus: vt si quis detracta a litera pretor dicat. Veluti fecit Lucilius: auctore Diomede: Pretor ne rusticus fiat: quum debeat et pronunciar prætor. Sed structura gratia syllaba longa corrigitur. Hæc Diomedes. Ergo manifestum est et diphthongum scribi & pronunciari. Sic si recte legatur illud Ausonij. Sed Citheron tones ternas ex ære sacrauit. dicendum erit Ausonium extra priore vocali compuisse secundam in Citheron: pro Citheron. Mirum est Ausonij enarratorem id silentio obruisse. Mihi certe non est verisimile eum locum menda carere: de qua re & mille alijs copiose in maximo opere disputabimus, si mitissimus Iesus aliquot annos vitæ nostræ adiecerit. Item Tuguri pro Tugurij. Infantibus partus. pro infantibus. DExtractio syllabæ: vt surpitis, salmentum. pro surripitis, falsamentum. Sic si Quintiliano credas sapis pro Iapis. In qua re complures fugillat, Palinodiam cantaturus si bene cosyderauerit illud Sih in octauo. Sed non ruricola firmarunt robore castella. De teriore canis venientes montibus vmbri. Hos æsis sapiq; lauant rapidasq; sonanti. Vertice conforquens vndas per saxa Metaurus. DExtractio temporis: vt steterunt penultima breui. MVtatione literæ sit Barbarismus: vt asuenio, vpilio: pro aduenio, opilio. MVtatione syllabæ: vt pernuces: pro pernices. author Donatus. MVtatione temporis: vt teste eodem apud Vergilium. Feruere leu caten auroq; effulgere fluctus. licet non defint: qui asserant olim in vsu fuisse verbum tertij ordinis Feruo: quod Quintiliano inaudatum est: licet Lucilius dixerit. Feruit aqua & feruet: feruit nunc feruet ad annum. TRANSMVtatione literæ sit Barbarismus si quis Letigio pro religio: aut Pregula pro pergula dixerit. Tinga Placentinus duo in uno nomine faciebat Barbarismos. Preculam pro pergulam dicens. auctore Quintiliano in primo. TRANSmutatione temporis: vt si quis prima breui, & secunda producta Lucia pronunciet: more imperitorum. Flunt (inquit Donatus) Barbarismi per tonorum commutationem. Nam ipsi adiiciuntur, detrahuntur, mutantur & transmutantur. quorum exempla vitro se offerunt: si quis inquirat. Totidem etiam modis per aspirationem deprehenditur Barbarismus: quem quidam scripto: quidam pronunciatione iudicant ascribendum: propter h. quam alijs literam: alijs aspirationis notam deputant. Flunt quoq; Barbarismi per hiatus & collisiones. Sunt etiam malæ compositiones: vt Cacosyntheton: quæ vitia nonnulli Barbarismū esse putat: in qbus sunt Metacismi, Labiacismi, Iotacismi, Hiat<sup>o</sup>, Collisiones: & omnia q plus æquo minus ve sonantia

Diphthongus et scribenda.  
Pretor.  
Pretor.  
Citheron.

Sapis pro  
Iapis.

ab eruditis autibus respuntur. Nos cauenda hæc omnia vita pre locuti: controversiam de nomine pertinacibus relinquamus. Hæc cum Diomede Donatus. Addit Diomedes. Iotacismi sunt quum i li tera supra iustum decorum in dictionibus ostenditur. Labdacismi si militer si lucem prima syllaba vel alma nimium pronunciemus. Metacismi sunt quum in fine partium orationis inueniuntur m. litera, & incipiens sequens a vocali quæ non sit loco consonantis posita. Hæc enim scribitur non aut pronunciatur. vt Quousqe tandem abutere? Tunc autem pronunciamus m literam quum sequitur vocalis loco consonantis posita: vt est. Tum Iuno æternum seruans. Distinctio quoqe separat verba. Dū conderet vibem, Inferretqe deos latio. Que pronunciatio seruanda: ne sit Barbarismus, non in scriptura, sed in sermone si enunciata fuerit. Hæc Diomedes.

Solœci smus.

Stribiligo  
an Scibligo.

Solœ.



Sto Solœcismus vitiosa oratio quænis.

**S**olœcismus est impar & inconueniens compositura partium orationis. Author Asinius Capito. vt acuta gladius. Saluete reuerende magister. In prosa presertim si imperito excidat nomen suum refinet. In carmine prestantis poetæ Schema vocatur, & (vt Georgius Valla assert) Allœosis atqe Solœ cophanes. quæ nomina suis locis declarabuntur. Differt Solœcismus a Barbarismo: vt dictum est: quia Barbarismus dictionem corrumpit: Solœcismus vero orationem. Diciturqe latine imparitas. A veteribus latinis Scribilo dicebatur, a versura scilicet & prauitate tortuosæ orationis: tanqe Sterobligo quædam: a Strebo, id est torqueo, deprauo. Perottus in Cornucopia, Scribilo dicit vt Scribilia ex eodem fonte ortum: vt credit,. At in Dionede & Gellio Stribiligo offendit: quod magis placet. NOmine Solœcismus cum Quintiliano intrepidi vtarnur: licet Gellius putet antiquissimum quæqe Solœcum & Barbarum dixisse non Solœcismum neqe Barbarismu Solœci autem nomen a Solone deductum Laertius Diogenes testatur: qui quum in Cilicia vibem a suo nomine Solos condidisset: pauci ex Atheniensibus quos in ea reliquit: non multo interiesto tempore corrupto patrio sermone, inconuenienti partium structura loqui coepérunt. Quapropter qui eo vito aliquando vterentur dicti sunt solœcismi. hoc est (vt Perottus loquitur) Solœcissare. Solœ autem vibis nomen quæ postea Pompeiopolis dicta est. Duas tantum syllabas obtinens in & diphthongon desinit in nominativo plurali: vt apud Plinium Insularum nomina aut oppidoū Taphrœ. Neurœ. Solœ. Dioscurœ. Paxœ. Cepœ. & apud Ciceronem Canepohrœ. quæ ac si in i desinerent faciunt obliquos per secundam declinationem. Author Hemiolius Barbarus in Plinium. Male igitur impeditus vulgus cum Alexandro Solœ trissyllabum profert. A poetis Solœcismus per errore metaphoricos capit. Iuue. Solœcismu hiceat fecisse marito.

Solœcismus fit modis generalibus quattuordecim. ¶ Primo immutatione generum. vt, Spissus suber. pro spissum. Purpureus quot rea Narcissus. At, Silex atra. Vergilij authoritate excusatur. ¶ Secundo immutatione easum. vt, Illum quem queris, ego sum. Vt be quam statuo vestra est. Nisi excusatetur: vt in Syntaxi nostra docui. ¶ Tertio immutatione numerorum. vt, Saluete, ad vnum pro salute. Turba clamant. ¶ Quarto immutatione personatum. vt, Danai qui parent Atridis quod primum arma sumite. pro qui parctis. Diomedes credit secundam personam ponit pro tertia, hic. Hæc prima piacula sunt. pro sint. Donatus tamen, amanto, sunto, & cætera, tertie personæ esse putat. ¶ Quinto immutatione temporum. vt, Fumat Neptunia Troja. pro fumauit. Licit de hoc sit inter Grammaticos controvista. Nec veni: nisi fata locum, sedemque dedissent. pro nec venissem. Ponitur hic præteritum Perfectum pro Plusq[ue]perfecto, auctore Diomedes, & Indicatiuum modus pro Coniunctivo. ¶ Sexto per qualitates, vel significations verborum. Vergilius. Expoliantur eos: & corpora nulla relinquent. Idem. Placidam paci nutritor olivam. pro expoliant, & nutritio. Fecit enim Commune verbum nutritio ab eo, quod erat Actuum nutritio. ¶ Septimo per modos verborum. vt, Itis: paratis armam. pro iste, parate arma. Indicatiuum pro Imperatiuo posunt, auctore Donato. Vergilius. At Rutulo Regi, ducibusque et mira videri Ausonijs. id est videbantur: vt assent Diomedes. Nonnulli malunt subaudire verbum cooperunt. ¶ Octavo per aduerbia. vt, Intus eo. pro intro. Apuleij imperitus Miles. Vbi ducis asinum illum? pro quo ducis. Similiter fit Solœcismus, auctore Donato, quoties nomen pro aduersio ponitur. vt, Totumque repente Clamat. pro torue. Aut si Proprium per Appellatiuo ponatur. vt, Dardanus pro Dardanius. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. ¶ Nono per præpositiones. vt, Eo apud amicum. pro ad amicum: Solœcismus est testib[us] Donato, & Diomede. Vergilius. Rapuitque in fornite flammarum. pro in formitem quasi ad fornitem. Sub lucib[us] ibant. pro ante: auctor Donatus. Ea tamen locutio tantæ authoritatis tibicinibus fulcitur: vt curq[ue] licetam putemus. videatur Syntaxis nostra. Cui tantum de te licuit. pro in te. ¶ Decimo per gradus. vt, Respondit Iuno Saturnia sancta. dearum. pro sanctissima, auctore Donato. Diomedes ponit exemplum. Is quefus est multo hubertimus. quum debuerit dicere, multo huberius. Nos in Syntaxi ostendimus id genus orationes esse oppido venustas: tantum abest, vt villa sit Solœcismi species. ¶ Undecimo per coiunctiones. vt si copulatiua pro disiunctiuapontatur, aut contra: ve luti, q[ue], pro ve, apud Vergilium in Secundo Aeneidos de equo Duranteo. At Capys, & quorum melior sententia menti: Aut pelago Danaum infidias, suspectaque dona Precipitare iubent, subiectisque vrere flammis: Aut cerebare causas vteri, & tentare latebras. ¶ Duodecimo per geminatione abnuendi. vt, nihil nunq[ue] peccavi. p[ro] nihil vng[ue] peccavi. ¶ Terci

tio decimo per Accentus. vt si quis pronūciaret sine accentu insine, posse, falso, vna, aduerbia: quem in ultima differentiæ causa habent, authore Prisciano. ¶ Quarto decimo per ordinis mutationem. vt, Aeditusq; sacerdos cantant. pro ædituus sacerdosq;. Et vt summatim dicam, Solœcismus sit quoties oratio vitiatur citra corruptionem scripturæ aut prolationis: vt Saluete ad vnum. Quo pergis? Romæ. Non mei interest. Quem percussisti? hunc, demonstrata fœmina. In quibus licet videatur esse vnius dictionis vitium: tamen per subauditionem oratio est: vt Saluete tu: Quem percussisti? hunc fœminā. Quo pergis? pergo Romæ &c. Author Quintilianus in primo. suffragatur cum Diomede Donatus. At si quis multitudo nis duntaxat numero flectenda hericos aut contra enunciet: vt nuptia, calenda, diaria, ferra, plumba, Barbarismum proculdubio committit. Authoribus eisdem.

### Obscuræ ignobilissq; orationis species.

Acyron.  
Acyrolo-  
gia.



Mpropræ sumptum verbum dicitur Acyron. ¶ Acyron siue Acyrologia, est impropræ dictionis usurpatio. vt spero pro timeo impropterum est. Nam speramus bona: timemus aduersa. Vergilius. Hunc ego si potui tantum sperate dolorem. Idem. Si genus humanū & mortalia fennitīs arma. At sperate deos memores fandi atq; nefandi. Quintilianus in octauo. Proprietati contrarium est vitium quod apud nos impropterum. Acyron apud Græcos vocatur: quale est tantum sperate dolorem. Terentius. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus sat. Acyrologicos dixit ad ignem hunc. pro ad metetricem: vbi etiam Metaphora inuenitur. Acyrologia interpretatur impropria locutio. ab Acyros. id est improprius. & Logia. id est locutio. Logia autem (vt in Versificatoria nostra ostendimus) tribrachus est. Ideo nihil ex eo nomine compositum hexametris idoneum est. Propterea metri gratia Perissologos, Tautologos, Macrologos diximus. pro Perissologia &c. non inepte vt opinor. Siquidem Logos. id est sermo vel ratio, in compositis interdum adiectiue: interdum substantiue capituri: vt indicant Polylogus & Dialogus. Apologus & Apologia haud paucum significatione differunt. Acyron dicitur ab a particula primitiva & Cytios. id est proptius & dominus. Cyriacos dominicus. Cyria hera, domina. Ab his deducta primam syllabam producere in Versificatoria ostendi. Ideo prodixi secundam in Acyron.

Pleona-  
smos.

Omne superuacuum Pleonasmos rite vocatur.

¶ Pleonasmos est adiectio superuacua ad plenam significationem: vt sic ore locuta est: vidi oculis ante ipse meis. Nam ore & oculis hic

superuacanea sunt: & in illo vidi, inest ipse. Authore Fabio afferente & geminationem, & repetitionem, & qualitercumque adiectiones Pleonasmum videri posse. Transfertur autem Pleonasmos superabundantia. a Pleonazo. id est plus quam oportet facio aut dico. Potest haec figura cum Perissologia & Macrologia Tautologiaque vocari Periergia: quae est curiositas & sedulitas superflua: propositusque verbum omne: quod neque ornatum neque sensum iuuat. Periergos. id est curiosus & superflue sedulus. Periergozoma. id est curiose ago & satago. Ne quid autem scitum dignum sciens præteream, non te latet apud Vergilium in duodecimo Aeneidos: quosdam libros habere. Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem Murchanum. sic ante præpositio hic foret: de qua oratione perdocte doctissimus Sadius in nono Fabij differunt. Periergia: quasi ultra opus & præter necessitatez: a peri ultra, & ergon opus & officium.

Periergia.

Esto Perissologus tibi sermo superflutis omnibus.

Perissolo-  
gia.

**P**erissologia est adiectione verborum superflua: sine via vi rerum. vt ibant qua poterant: qua non poterant, non ibant. Hic excepto ibant omnia superuacua sunt. Viat rex, & non moriatur. Superflue adiicitur, & non moriatur. Siquidem non sit aliud viuere quam non mori. Pensologia interpretatur superflua locutio. a Perissos, id est superfluus. Pensseumatos abundantia. Perisseuo abundo, supero.

Amphibolon dubius Romanis sermo feretur.

Amphibo-  
logia.

**A**mphibologia est vitio compositionis in ambiguo posita sententia. Fit autem pluribus modis: quos recensete omnes. ne nimis longum esset non oportet: vt inquit Donatus. Fit autem per accusatum: vt audio secutorum retiarium occidisse. Dubium est an secutor retiarium occiderit: an contra. Secutor & retiarius gladiatorum nomina sunt: vt Thraex & Mirmillo. Aio te & acida Romanos vincere posse. Certum est Antonium præcedere eloquentia Crassum. Fit item per verbum commune: vt Criminatur. Cato. Vadatur Tullius. dubium est actiue an passiue intelligas. Et per participium: vt video statuam auream hastam tenentem. Dubium est: an statua hastam teneat: an contra. Fit item per æquiuoca: quæ græce dicuntur Homonyma & Polysema: vt fregi aciem: dubium est: an oculorum: an exercitus: an ferri. sic taurus denotat montem: animal: signum cœlestis: & partem obscenam. Conductus est cæcus secus viam: amor dei: utilitas magistri. In his & mille id genus orationibus est Amphibologia. id est ambiguus sermo. Plene dicitur Amphibologus: sed Euphonie gratia unica syllaba est extrita. fit enim ab Amphibolos. id est:

## Ioannis Despauterii Niniuitæ

ambiguus, dubius. Vnde haec figura etiam dicitur Amphibolia per nultima breui. Amphiballo amplector, dubito, circupo. ab amphid est circum. Ballo, id est mitto & iacio. Bole & Bolos, id est iactus. Logia locutio.

Tautologo- Tautologos verbis variis rem signat eandem.

gia. ¶ Tautologia est diuersorum verborum aut orationum eadem rem significantium inculatio: vt ipse egomet venio: exultans redeo gaudensq; reuertor. Vergilius primo Aeneidos. Quem si fata virtutem seruant, si vescitur aura Aetherea, neq; adhuc crudelibus occubat virbris. Nam totum quod repetitur vnu est. Idem in nono. Lachrymis ita fatur obortis. Te neq; inquit miserande puer quum lata veniret Inuidit fortuna mihi. Nam cum dixisset fatur, superfluum erat eiusdem rei verbum inquit. Tautologia transfertur eadem locutio. habet id nomen a diphthongon in prima syllaba contra ineptos, credentes hic primam syllabam esse que est in tantus. Tautotes pœnitima breui, id est identitas. Logia locutio. Logos sermo, ratio.

Mactolo- Macrologos sermo nimium prelixus habetur.

gia.

¶ Macrologia est longa sententia res non necessarias comprehende: vt apud Liuū, teste in octauo Quintiliano. Legati nō impetrata pace retro domum vnde venerant abierunt. Vergilius. Postera lux summo spargebat lumine terras: Orta dies, quum ptimum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant. Satis fuerat dixisse, Orta dies. Cæterum hoc vitiū versibus minus nocet q; solute orationi. Author Diomedes. Macrologia transfertur longa locutio. Nam mactos longus est. Huic virtio aduersatur orationis virtus quam græci Syntomiam vocant: Latini breuitatem, que authore Diomede tunc sit quum rei magnæ sensus sufficienter ad dignitatem quis breui enunciatur sententia. vt apud Vergiliū. Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar, Imperium oceano famam qui terminet astis. Hic enim & Troiana dignitas, & Cæsar's principatus, & Romano imperio possesso indicatur orbis. Syntomas, id est breuis, concisus. Syntomia, breuitas. a syn. id est con. & tome vel tomos. id est incisio, sectio. Huic virtuti vicina est omnibus aduersa vitijs, Cenologia aut Ciriologia, per u in prima syllaba. Hanc Diomedes sic definit. Ciriologia est culta & sana oratio sine lenocinio ornata: vt Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Hic etiam ipsa veritas sententiam ornauit. Videtur interpretari cor animaq; orationis. a κρο κροσ, cor, anima. Eadem virtus dicitur Orthoepea: quæ Authore Quintiliano in primo, est te motis omnibus vitijs emendata cum suauitate vocum explanatio. Niger exemplum dat ex Vergilio. Mecumq; souebit Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Syntomia

Ciriologia

Orthoe-  
pea.

Eclipsis verbum, Reticentia verba subaudit.

Eclipsis.

**C** Eclipsis unicum verbum, id est dictio nē subaudit. Reticentia vero, id est Apostiopesis plures dictiones supprimit. Hanc differentiam ex Mancinello pluribusq; colligo. Itaq; Eclipsis est defectus qdām necessariæ dictio nis quam desiderat præcisa sententia. vt Hæc secum, deest loquebatur. Italiam fato profugus Lauinaq; venit Littora. deest prepositio ad. Terris iactat<sup>9</sup> & alto. deest in. Et in quarto Aen. O mihi sola mei super Astyanactis imago. deest verbum ell, ad perfectione z orationis. Nec enim apocopam possumus dicere eam quæ sit in plena dictio ne: sed quæ in litera vel syllaba, sensu per se carentib<sup>9</sup>. hoc Priscianus in xvij. Apud Ausoniu in sup subaudit infimtruu s. esse. Tu sentum quod cunq; super labentibus annis Fara dabunt &c. Eclipsis, id est defectus aut defectio. Eclipo cum ei diphthongo in secunda syllaba, id est deficio. Eclipticos defectiu s. **A**POsiopesis est plurium dictio nū sub auditio iratis in primis apta. Teren. Quē ego si sensero. quē ego subaudi acer time puniā, aut in pilstrinū dabo, si sensero: subaudi fallaciæ qcq; machinari: aut quid simile. Verg. Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. quos ego, subaudi acer time puniam: aut quid simile. Id autem sit quū quis irascitur aut perturbatur. vt Memē adsum qui feci in me cōuertite ferrū. Et Incipit effari mediaq; in voce resiliit. His enim affectibus tantum sermonis defectio congruit: teste Servio in j. Aene. Apostiopesis aut Apostiopesis pœnultima longa. scribitur enim græce per ω mega ante p. & η ante s. αποσιωπησι. aut fere semper vertitur in elongum: vt ostendunt dictio nes, Monasterium, Baptisterium, Elaterium, Cæmeterium, Phrontisterium, Potenum, Apoditerium, Mimesis, Ecphonesis &c. Sic & græce & latine scribitur apud Quintilianum & Vallam Placentinum & Volaterranum, Apostiopesis. Itaq; id nomen producit pœnultimam: licet Mancinellus corrupperit, male quidem vt pleraq; alia conuenientius certe produxisset. melius enim fuerit prima. tantum syllaba abuti q; pœnultima: ob id semper a iuuenibus male pronunciata. Apostiopesis latine dicitur reticentia a Cicerone: obticentia a Celso: a nonnullis interruptio. Fit auferre ex apo. id est ab & re, & siopao. id est fileo, taceo. hinc Siope, & Siores. id est silentium, per η. id est e longum. qualia sunt apud græcos verbalia plurima. vt Cathecelis instrucio, Cæmelis dormitio, Synidesis conscientia, Metachoresis secessio &c. Siopelos taciturnus. Sioperos idem. Tam Eclipsis q; Apostiopesis dici potest. Miosis aut meosis per ei diphthongum in prima syllaba sequente ω mega, μειωσις: de qua sic ait Quintilianus in octauo. Vitanda & μειωσις quum sermoni quidem deest aliquid quo minus plenus sit: q; id obscure poti<sup>9</sup> q; inornata orationis vitium est: sed hoc quoq; quum a prudentibus sit schema dici solet sicut Tautologia &c. Ex quibus verbis liquet omnia vita doctissimorum authortate prædicta in figurarum album admitti. μειωμα. ατρος aut μειωσις. id est diminutio: a μειωσι, id est diuido.

Aposiopesis.

Miosis: aut Meosis.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

**Aenigma.** Est ænigma gratiis nimirum tibi sermo solutu.

**Aenigma** est obscura sententia per obscuram similitudinem rerum: ut Mater me genuit eadem mox gignitur ex me. significatur enim aquam in iuuenientem: & ex eadem rursum effluere. Aenigma deriuatur ab ænittesi. i. ab obscure loquendo innuendoque teste Raphaele Regio in. viij. Quintili. ænittomæ. i. obscure loquitur. Aenigma a quibusdam dicitur velaquauestio. Diomedes sic ait. Aenigma est per incredibilia confusa sententia. ut Aria filiorum est qua mater mariti. de Locasta matre Oedipodis cui nupta peperit Eteoclem & Polynicem: quoque fuit & aria & mater. Item Mare concretum in creta ligneo in campo ubi caro humana ossibus ludebat. quo significatur sal in salino cretaceo super mensam in quam manus talos iactabat. Donatus ænigma non vitiosus: sed tropis annuerat: Diomedes non iniuria utrisque: quia allegoriam habet annexam ferme semper.

## Inordinatae Orationis species.



Nordinatae orationis species sunt quinq. Tapinosis, Aeschrologia, Cacephaton, Cacozelia, Cacosyntheton. Author Diomedes. Mancinellus Donatum imitatus omisit Aeschrologiam & Cacozeliam. quæ virtus scitu digna non gravabimur declarare: licet Aeschrologia sub Cacephato, & Cacozelia sub Cacosyntheto possit comprehendi.

**Tapinosis** Magna Tapinosis tenui sermone recludit.

**Tapinosis** est humilitas magnæ rei non id agente sententia quod demonstrat. ut apud Vergi. Penitusque cauernas Ingentes: veterumque armato milite complent. pro multis armatorum militum legiombus. Ideo. Multa malus simulans. pro scelestus. Idem. Dulichias vexasse rates. patrocillissime raptasse ac laniasse. Gellius tamen in. vij. cap. lib. ij. offedit vexate non tam leuis rei verbum esse quod grammatici tentur. Horatius. Pelida stomachus cedere nescit. probile & vehementi iracundia. Itet quo tales de mari gurges dicitur. Tapinosis est: quæ magnifico plurimisque epitheto adiuuatur. Vergi. Apparent rati nantes in gurgite vasto. Tapinosis cum ei diphthongo & omega genitivo tapinoseos. i. humiliatio tapinos humili. tapinophroneo humili. Tapinophroneo humili. sentio. tapinophrosyne. id est humilius.

**Aeschrologia** Aeschrologos nobis obscena oratio fertur.

**Aeschrologia** est vitio compositionis inuercunda oratio: ut compositionis verborum obscenæ significationis: aut unius verbi obscena significatio: & pronunciatio. Compositione fit. ut cum numero fui. Emendatur hoc vitium interposita aliqua particula. ut cum quodam numero fui. Itet unus verbi obscena pronunciatio sic fit: ut est apud Salusti. Ductabat & arrexit animos militum. Nam ductare & arrigere etiam sunt turpis rei verba. Aeschrologia cum z diphthongo ante sequente ch aspirato

interpretatur turpiloquium: aut turpis locutio. ab æschros. i. turpitudo: æschrocerdes turpis lucn: æschrocerdia. i. turpe lucrum.

**Est Caco** rite phaton quicquid sonat haud bene nobis.

**Cacophaton** aut cacephaton est obscœna pronunciatio vel in composita dictione vel in uno verbo. vt Numerū cu3 nauib⁹ æquat. Attinge aures Paphile. sic Donat⁹. Cacephaton inquit Diomedes. est vitio compositionis inuercunda suspicio: vt arrige aures paphile. Idem. At ramum huc aperit: ramum qui vesse latebat. Notuz est arrigere ad vetulas apud Martialē obscœne accipi. & ramū veste latentem impudicus facile ad impudica referret. Cacephaton item sit earūdem literaruz aut syllabarum concursu. vt apud Cice. O fortunatam natā me cōsule Romam. & apud Verg. Numerū cu3 nauibus æquat. hic rum cū cacephaton est. & in Sopnio Scipionis. Luce lucebat aliena. Seru⁹ assertit Cacephato fieri si cum particulān. litera sequatur: vt cum nauib⁹. Diomedes æschrologiam vocat. vt cum numero. Dic̄ a cacon. i. malum. cace malitia. cacos aduerbiū male. & phaton. i. dictū: vt sit cacophaton mala locutio & male sonans dictum.

Cacophat-

ton.

**Esto Cacozelon** praua affectatio nobis.

**Cacozelia** est per affectionē decoris corrupta sententia: cum eo iſo dedecoretur oratio quo illā voluit author ornare. Hęc sit aut nimio timore: aut nimio cultu. Nimio tumore. Iuppiter o p̄sens celi qui sidera torques. Oretuo dicenda loquar. Nimio cultu. Aureus axis erat: temo aureus: aurea summa Curuatura rotæ: radiorum argenteus ordo. Per iuga chrysolithi positæ ex ordine gemmæ. Hęc Diomedes. apud quem timore legitur per tertiam vocalē: ego tumorum per quintā vocalem legendum censeo. iuxta illud Horatij. Professus grandia turget. id qđ ex Diomedi exēplo manifestū est. De hoc vitio sic loquit in. viii. Quint. Cacozelō. i. mala affectatio p̄ oē dicēdi gen⁹ peccat. Nā & tumida & exilia & prædulcia & abūdātia & arcessita & exultantia sub idez nomen cadūt. Deniq̄ κακόζηλον vocatur quicquid est ultra virtutē: quoties ingenium iudicio caret & specie boni fallitur, omnium in eloquēria vitiorum pessimum. Nam cetera vitantur, hoc petitur. Cacozelia trāfertur mala affectatio, emulatio, imitatio. cacos malus est, zelus æmulatio & imitatio. zeloo imitor, æmulor. scribitur p̄ hante λ, ne quenq̄ mēdax impreffio decipiat.

Cacozelia:

Haud bene compositum Cacosyntheton esto latinis.

**Cacosyntheton** est vitiosa dictiōnū cōpositio. sic Donatus. Cacosyntheton est indecēs structura verborum. sic Diomedes. Dat vterq; exēplum ex nono ænei. Versaq̄ iuuencum Terga fatigamus hasia. Seru⁹ assertit esse cacosyntheton & homeoteleuton. Cacosyntheton transseritur male compositum, & ( vt in Octavo dicit Quintilianus ) male collatum. a cacos aduerbio id est male: & syn. i. con: & theton id est posituz.

Cacosyn-

hton.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

## De Metaplasmo.

Metapla-  
sinus.



**E**lectio transformata poetæ sit Metaplasmus.

Pathos.

**M**etaplasmus est trāformatio quædam recti solitiq[ue] termonis in alteram speciem, metri, ornatus, necessitatibus cau-  
sa. vt calicolum, induperator, dicer. Vocatur etiā Pathos.  
Nam Georgius Valla sic ait. In syllabis figura omnis pathos dicta: vt  
Metathesis Apocese &c. Metaplasmus dicitur a meta. id est trans, &  
plasma atos. id est figmentum, & plasis formatio. Pathos neutri gene-  
ris. id est passio: plurale est pathe: vt cete. tempe. Ethie ab ethos. Mele a  
melos &c. Patitur autem dictio quicq[ue] adiectione, detractione &c. Val-  
la Placentinus. Hæc fere sunt quæ in syllabis Patho vocant græci. Me-  
taplasmi species sunt. xiiij. Prostheses. Epenthesis. Paragoge. Aphære-  
sis. Syncope. Apocese. Ectasis. Systole. Diæresis. Syneresis. Synalæ-  
phe. Ecclipsis. Antithesis. Metathesis.

Prosthe-  
sis.

Adiice principio quicq[ue], sic Prosthesin edes.

**P**rosthesis est appositio quædam ad principium dictionis literæ vel  
syllabæ: vt gnata pro natæ. tefulit pro tulit. astat pro stat. Vergilius.  
Arduus Alcides medijs in manibus astat. Comicus. Nunq[ue] huc tetu-  
lissem pedem. Prosthesis dicitur a pros. id est ad. & thesis. id est positio  
hoc est appositio. prosthetos. id est appositus.

Epenthesis

Adiice quid medio, sic fiet Epenthesis apte.

**E**penthesis est appositio quædam ad medianam dictionem literæ vel  
syllabæ: vt reliquias gemino II. pro reliquias. induperator. pro impera-  
tor. Hanc nonnulli Paræthesim vocant: authore Donato. Alij Pleo-  
nasmum: teste Diomede. Quidam Epectasim. Juue. Quales tuncepu-  
las ipsum glutisse putamus Induperatorem. Georgius Valla hanc  
figuram partitur in Anadiplosim & Epectasim. Anadiplosis est eiusdē  
literæ iteratio metri causa: vt relligio, reliquiæ, reduco, referrit, relat⁹,  
rectuli, repulsi, reperti. In dictione refert nos Vallæ refragari alibi os̄e  
dimus. Epectasis est in media dictione syllabæ additio: vt mauors, na-  
uita, alituū, indugredi &c. Epenthesis est interpositio. ab epi. & en. quæ  
coniuncta significant inter. & thesis. id est positio. Eandem significatio  
nem habet Parenthesis: quia para cū en significat inter. Epectasis dicit  
porrectio, productio, extensio. ab epi. id est super, in, pro ex. & ecteno vel  
extenso media longa, id est produco & extendo. Anadiplosis, id est redu-  
plicatio: ab ana. i. re. & diplosis duplicatio: diploō duplico.

Anadiplo-  
sis.

Adiice quid fini, pulchram facies Paragogen.

**P**aragoge est appositio quædam ad finem dictionis literæ vel syllabæ: vt magis pro mage: potestur pro potest. Hæc alijs Paralepsim. Alij  
Prolepsim. i. presumptionē vocant. sic Donatus. Diomedes vero Pro-  
paralepsim, q̄q[ue] non nihil differe credat, ita scribens. Proparalepsis  
est cujusliq[ue] ad nouissimam partem dictionis accedit: vt Admittier

Propara-  
lepsis.

orat. pro admitti. & Magicas inuitam accingier artes. pro accingi. Paragoge est cum ad ultimam simplicis dictionis clausulam: aut litera iungitur: aut syllaba. Litera. ut apud Plautum. Quod & hostis. pro hosti. Syllaba. potestur pro potest. Nos cum Donato tam scrupulosam observationem missam facientes, omnia haec Paragogem vocamus. Paragoge. i.e. adductio vel deductio. a Para. id est ad & iuxta. & Agoge. id est ductio. Propatalepsis dicitur (ut Mancinellus ait) quasi iuxta ante acceptio. a Pro. id est ante. & Para. id est iuxta. & Lepsis acceptio.

Aufert quid capiti yates ut Aphæresin edat.

Aphæresis

**C**aphæresis est ablatio de principio dictionis literæ vel syllabæ contraria Prosthesi. Ouidius. Pone metum: valeo. pro depone. Vergilius. Discite iustitiam moniti & non temnere diuos. pro contemnere. Aphæresis est ablatio vel abscissio. ab aphæro. id est abscindo.

E medio quicq tollas, ita Syncopa fieri.

Syncopa.

**S**yncopa est ablatio de media dictione literæ vel syllabæ, contraria Epenthesi: ut audacter pro audaciter: commorat pro commouerat. sic Donatus. Vsus autem orationis magister effecit ut audacter non audacter nunc dicamus. Diomedes asserit nantes pro natantes per syncopam dici. Id si verum est natare primitium erit: unde per syncopare. Syncope est concisio. a syn. id est con. & copto incido: ut cœlicolum glutuisse, amasti, dixti, euasti, surpite.

De fini demens nostris haud versibus apta est.

Apocope.

**A**pocope est ablatio de fine dictionis literæ vel syllabæ, contraria Paragoge: ut achilli pachillis: possis ppossitis: potes ppotestis: mutu pmutuo. sic Donatus. quæ exempla non reperiuntur in poetis: quoru opera extant: præter achilli pro achillis: quod tam alia ratione defendi in declinationibus ostendimus. Ennius dixit per hanc figuram. Namq suam do. pro domum. sic habet Probus. at Diomedes. Eu do suam. sic & volup. pro volupe: & vesperug. pro vespertino lectum est. Apocope est abscissio vel amputatio. ex apo. i. ab vel re: & copto. i. scindo. Vergilius. Nec spes libertatis erat: nec cura peculi. Producit Apocope tantum ultimam syllabam: proinde hexametris nequaquam congruit.

Ectasis extendit tibi iure puer breuiandam.

Ectasis.

**E**cstasy est extensio syllabæ contra naturam verbi. Baptista Mantuanus in sexto fastorum. Perdidit & fracto passa est naufragia clavo. sic Manus in quinto. Incubuit pontus timuit naufragia tellus. Vergilius. Ita liam fato profugus. Exercet Diana choros. In hac & sequenti figura auctoritate opus est: ita ut ratenter a classicis usurpata parce imitemur quale est naufragia: frequenter usurpata non formidemus. qualia sunt Diana, Italia. Ecstasy dicitur productio vel extensio. ab ecteno vel extino. i. produco, extendo. Dicit eadem figura Diaxole. id est distinctio. a diaxello. i. distinguo. Lucanus. Dum sanguis inerat, cæsura sectio & distinctio fa-

# Ioannis Despauterii Niniuitae

Systole.

cit: vt syllaba naturaliter breuis iterum pducatur: vt i<sup>st</sup> Versificatoria diximus.  
Producenda foret quam Systola corripit ipsa.

C Systole aut Systola est correptio syllabae pro natura obiecta, contra  
via Ecclasi: vt aquosus orion. p orion pducte. author Donat<sup>9</sup>. Et ob  
stupu: steteruntque comae & vox faucibus habuit. Systole. id est correptio. a  
Systolo. id est correptio. contraho.

Diæresis.

Syllaba per binas diuisa Diæresis est.

C Diæresis est diuisio unius syllabæ in duas: vt Olli respondit rex alba  
longai. pro alba longæ dixit Ennius. vt Vergilius aulai pictor. Cicero  
nepos, & alij alia. Horatius sylva trissyllabū. pro dissyllabo: vt in Ver  
sificatoria ostendimus. Diæresis. id est diuisio. a diæreo. i. diuidido.

Synæresis.

Syllaba de binis est facta Synæresis una.

C Synæresis est agglutinatio duarum syllabarum in unam, utraria Diæresi: vt  
phantom dissyllabū, p trissyllabo: et ripedē tetrasyllabū, pro pentasyllabo.  
Author. Donat<sup>9</sup> cum Diomedes, de hac figura copiose in Versificatoria disse  
ruius<sup>9</sup>. Dicit autem Synæresis complexio siue contratio. a syn. i. con & hæresis  
diuisio: quæ diuisio et conjunctio. synæreo vel synæro. i. contraho vel conjunc  
go: vt panthus alcinus bini. p panthous alcinous biuni. Eadem figura  
dicitur Episynalœpha. ab episynapto. id est coapto vel coniungo.

Ellipsis.

M. necat Ellipsis: ceu vocalem Synalœpha.

Synalœ  
pha.

C Ellipsis vel Ecclipsis est in litera cum sua vocali aut vocali elisione. Syna  
lœpha est vocalis aut vocali intermissione in diuersis dictiōnib<sup>9</sup>: vt O curu  
in terras ait & cœlestium inanes. Suntque Synalœphæ voces Synæresim: sed  
meli<sup>9</sup> distinguuntur: vt Synalœphe sit in diuersis dictiōnib<sup>9</sup>: Synæresis in  
eadem. Ellipsis vel ecclipsis est exp̄sio vel elisione: aut vt Quin. transfert, detra  
ctio. ab ec & lipo vel iepo. i. deseret deficio linquo. Ecclipsis dici potest ex  
p̄ssio vel elisione. ab ecclibio. i. exp̄mo, elido, excudo. Synalœphe. i. coiun  
ctio cum et diphthongo in greco Lexico: in quo Synalipho cum ei diphthongo  
imprimitur. p coiungo. de his figuris in Versificatoria assatiz disputatum est.  
Qui. Synalœphe transfert, pplexionem: & imprimitur apud eum cum et diphthongo.

Antithesis.

Antithesis fiet tibi littera si varietur.

Metale  
psis.

C Antithesis est littera pro litera positio: vt Oli substitutus. pro illi, &  
impetu. pro impetu: telie Probo & Diomedes. alij malunt ab impetu re  
cte id inflecti. Gætor. Valla Metalepsim vocat: vt pulydamas, vpilio,  
adulescens. p polydamas, opilio, adolescentes. sic in praescribendum est: non ad  
lescens. Niger ponit figuram huic cognatam Crasis: quum duæ vocales in  
eadem dictione positæ: in una ab illis aliena vertuntur: vt Ola. pro aula.  
Dicitur Antithesis per alio positio. ab anti. i. p. & thesis positio. Est item  
Antithesis contrarietas vel oppositio. ab anti. i. contra. vñ Antichristus.

Crasis.

Dicitur hec figura etiam Antistrochon per et diphthongon. ab anti. i. p. & stro  
chon. i. elementum, littera. vt magalia. p magaria. Nam magar non mas  
gal poterit villam vocare. Author Serui<sup>9</sup> in illud Verg. Mirat molle Aeneas  
magalia quondam. sic pro sedda sella: a sedeo inflexum est. Metalepsis est

Antistro  
chon.

transumptio. a meta. i. trans. & lepsis acceptio vel sumptio. Crasis est temperamentum, complexio, mistio.

**E**st Meta nempe thesis si ransponas elementum.

**C**Metathesis est literarū in aliū locū transformatio: nulla līra e dictio: ne sublata: vt Euādre, tymbre, puere. Author cū Donato & Diomede Seruius. At Priscianus copiose pbatis vtōs recte formari a nomina tiis, Euādrus, tymbrus, puerus. Metathesis transfertur trāpositio. a meta. i. trans. & thesis. i. positio. corripit id nomē oēs syllabas: ideo fine tmesi hexametrū nō ingredit. His figuris subnequit Diomedes Protheson Parallagen: haud iniuria: qā inquātū est līx mutatio in p̄positio ne sic cōtinetur sub Antithesi. Habeat itaq; puer versiculum.

**P**r̄positura quidem mutata Parallaga fiet.

**C**Protheson Parallaga aut Parallage est p̄positionū mutatio: q̄um Protheso altera p̄ altera ponit: vt Cui tantū dēfē licuit. p̄ in te. aut cū p̄pōnis h̄: parallaga. tera mutat: vt asuenio. pro aduenio. sic Diome. Protheson parallage trāfert p̄pōnūz mutatio. Nā Prothesis est p̄positio p̄positio & p̄positū. a p̄. i. p̄tē & aī & thesi. i. positio. hui⁹ gtūs p̄l's est προθέσεων protheson. i. p̄pōnūz p̄enultima breuita tātū ultimā p̄ducit. nec est protheson nomē figura: vt voluisse videt Mācinell⁹ ita iēpte scribēs: Esto p̄theson mihi siue parallaga q̄n est P̄positura q̄dez nō p̄pria: littera siue &c. Parallage est mutatio. Parallattos mutabilis &c.

### De Schemate,



**C**hemata dant species tibi lexeos & dianoeas.

Schema.

**C**Schema est q̄qd a simplici atq; in promptu posito dicē di mō, vel poetice, vel oratorie mutat. author Quin. in no no, duas schematis ponēs p̄tes: Dianoeas. i. mētis vel sens⁹ vel sentētariū. Et lexeos. i. dictionis, vñborū, sermonis, ofonū. Donat⁹ ait schemata dianoeas ad oratores p̄tinere, ad grāmaticos vñ lexeos. Schematis aut̄ lexeos species mlt̄e sunt: s̄ necessariē tradunf: per q̄s (vt Diomedes ait) siles colligent. Prolepsis, Zeugma, Hypozeugis, Syllēpis, Asynthetō, seu Dialytō, Polysyntheton, Anadiplosis, Anaphora, Epanalepsis, Epizeuxis, Paronomasia, Schesisonomatō, Paronomēton Homēoteleutō, Homēoptotō, Polyptotō, Hyrmos, Climax. Schema trāfert cult⁹, figura, habit⁹, modus. Ci. de claris oratorib⁹ appellat schemata sentētariū ofonisq; formas. Dianaea cun⁹ gtūs scđm ḡtēcam declinationē est dianoeas iterptā sentētia, intelligētia, cogitatio. dianoeo. i. aī aduerto, delibero, cogito. lexis. i. dicitio. lexicon liber vocabularius.

Per parteis totum aut referat post facta Prolepsis.

Prolepsis.

**C**Prolepsis est p̄sumptio rerum ordine securariū, vel quā aī numerus vñbo redditur, q̄ personæ definiantur: vt interea reges: Ingenti mole Latinus Quadriugo vehitur currū bigis it Turnus in albis. Tum pater Aeneas Romanę stirpis origo, Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romę Procedunt castis. sic cum Donato Diomedes. hic totum

per partes referatur. Reges procedunt castris: Latinus curru quadriga vehitur. Turnus it albis quadrigis &c. Plautus totius verbum in partibus subauditum repetitur: de qua re sat in Syntaxi dictum. Ut discipuli discunt: hic Pindarum: ille Catullum. Prolepsis item est: authore Diomede, quum id quod posterius accidit ante tempus ascribitur. Ut Lauinaq; venit littora. Lauinum enim nondum erat quum ad Italiam venit Aeneas. & apud Salutium. Montem sacrū atq; Auentinum in sedet. qui mons ob hoc q; illum plābs insedent postea facer dictus. Ver gilius in sexto. Portusq; require velmos. Velia nondum erat quum ad Italiam venit Aeneas: vt ait Servius: sed dicebatur Helia, & ita Prolepsis referat postfacta. id est quā postea contigerunt. Prolepsin Fabius in nono presumptionem appellat: quum id quod obīci potest occupamus. & prēcipue prōœmio conuenit. Cicero Anticipationem vocat in primo de natura deorum, assenserens Prolepsim ante Epicurum dixisse neminem. Dicitur autem a pro. id est ante. & lepsis. id est acceptio vel sumptio. prolambo. id est anticipatio. lambano. i. capio & sumo: hinc Prolepsis. id est præacceptio, anticipatio, præsumptio.

**Zeugma.** Verbo uno plureis sensus per Zeugma recludo.

¶ Zeugma est unus verbī conclusio diuersis clausulis apte coniuncta: vt aduersatur libidini castitas, auaritiae liberalitas, mediocritati luxuria, modestiae superbia, strenuitati acedia &c. Zeugma item est quoties verbum vel adiectiuum ad plura referitur: ad unum explicite: ad alterum implicite: vt Carus est panis & vinum. de hoc satis in Syntaxi dictum est. Fabius in nono hanc figurā appellat Synzeugmenon pœnultima breui: quo, vt ait, ad verbū plures sententiæ referuntur: quarū unaquāq; desideraret illud si solū poneretur. Georgius Valla Enexerūtumeron vocat. Zeugma interpretatur coniunctio, adiunctio, aut iugatio. Zeugno. id est iungo. Zeuctera. id est iunctura. Species Zeugmatis sunt tres. Protozeugma. Mesozeugma. Hypozeugma vel Hysterozeugma. Protozeugma est quod verbū in principio habet. a proton. id est primum. vt Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Mesozeugma est quod verbū in medio habet. Vergilius. Troiugena interpres diuum qui numina phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas & prepetis omnia penit. dicitur a meso. id est medius. Hypozeugma est quod verbum in fine habet. vt Neq; enim is es Catilina: vt te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Dicitur ab hypo. id est sub. vt qd̄ idem est Hysterozeugma, ab hysterion. i. post vel nouissime.

**Protozeugma.** Jungit Hypozeugis sua rebus verba quibusq;

**Mesozeugma.** Hypozeugma est figura zeugmati contraria vbi suum cuiq; verbum clausula redditur. Vergilius. Regem adit & regi memorat nomenq; genitusq;. Quidve petat quidve ipse ferat: Mezentius arma Quā sibi conciliat: violentaq; pectora Turni Edocet: humanis quā sit fiducia reb⁹ Admonet: ummisctq; preces: haud sit mora Tarchon jungit opes: fecit

**Hypozeugma.** Jungit Hypozeugis sua rebus verba quibusq;

¶ Hypozeugis est figura zeugmati contraria vbi suum cuiq; verbum clausula redditur. Vergilius. Regem adit & regi memorat nomenq; genitusq;. Quidve petat quidve ipse ferat: Mezentius arma Quā sibi conciliat: violentaq; pectora Turni Edocet: humanis quā sit fiducia reb⁹ Admonet: ummisctq; preces: haud sit mora Tarchon jungit opes: fecit

dusq; ferit. Hypozeusis transfertur subiunctio: quia suū cuiq; rei verbū subiungitur. ab hypo. id est sub. & zeuxis coniunctio vel iugatio. habet id nomen 3. in prima syllaba, & x. non s. in secunda: vt ex lexico græco patet.

**Verbo uno varia est Syllepsis clausula nixa.**

Syllepsis.

**Syllepsis** est diversatum clausularum per unum verbum cōglutinata cōceptio: veluti. Hic illi⁹ arma Hic currus fuit. Hoc schema late patet, & fieri solet non per partes orationis: sed per accidentia partium orationis. Item Syllepsis est in dissimilibus clausulis: quando dictio singulatim verbo plurali adiungitur: vt Sunt nobis mitia poma Castaneæ molles & pressi copia lactis. Hec Donatus cu⁹ Diomede. Alter de Cōceptione sive Syllepsi ex sententia Prisciani in Syntaxi locuti sumus. Non desunt qui Syllepsim vocent: quoties pro multis ponitur unus: vt hostis habet muros. pro hoste habent. Aut pro uno multi. Vergi. ix. ænei. Vos o Calliope precor aspirate canenti. Est enim Syllepsis per numeros: vt ait Seruius. Eraf nāq; rectum, vos o musæ & tu Calliope. Syllepsis est conceptio. a syn. id est con. & lepsis. id est acceptio. dicitur item comprehensio. Syllego. i. colligo. syn autem mutat n in l. vt apud latinos in. veluti Syllogismus, Syllepsis: cuius primam Alexander ut alia multa inepte corripit.

**Copula supprimitur quo fiat Asyntheton apte.**

Asynthes

**Asynthes** est oīo sine cōiunctionib⁹ necessario subauditio: vt Alij naualib⁹ ite, Ferte citi ferrū, date tela, impellite remos. Et Veni, vidi, vi ci. Ede, bibe, iude. Aetas, met⁹, magister phibebat. Iustitia, prudētia, fortitudine me superasti. Ci. p̄tra cōcionem Metelli: authore Fabio lib. ix. Qui iudicabant, eos vocari, custodiri, ad senatū adduci iussit. Asyntheon interptat incōpositū. ab a p̄ticula priuatiua, & syn. i. con. & theton. i. positiū. Dicit etiā Asyndeton. i. incōiunctū. Nā syndeton cōiunctū est. Asyndetō. syndesmos cōiunctio & nod⁹. Syndeō. i. colligo. a deo vel defo. i. ligō. Vos cal etiā Dialytō. i. dissolutū. a dialyo. i. dissoluo. dialysis dissolutio. a dia Dialyton. i. de, & dis, & lyo soluo. Eadē figura est Brachylogia. i. breuiloquū: bra Brachylog⁹ breuiloqu⁹. a brachys. i. breuis. & logia. i. locutio. logos sermo. giz.

**Copula multiplicata facit Polysyntheton usq;**

Polysyn-

**theton.** Thoasq; Peleidesq; neoptolemus p̄musq; machaon. Polysyntheton. i. multipliciter compositū. a poly multū. syntheton cōpositū. Dicit etiā Polysyndeton. i. multipliciter coniunctum, colligatum, connexū. a poly. i. Polysyn- multū, & syndeton. i. cōiunctum.

**Finem principiō repetens Anadiplosis edes.**

Anadiplo-

**sit.** Anadiplosis est finis ḥōsus in principio alterius repetitio: vt Vrbs He- Biij.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

frustra solo: sequit pulcherrim⁹ astur. Astur equo fidēs & p̄ficolorib⁹ amis. Anadiplosis est reduplicatio. ab ana.i.re,& diplosis.i.duplicatio. diplozo & diploo.i.duplico. diplosios duplis, diploos.i.duplex.

Anapho-  
ra.

Principiū sit idem nonnunq̄ versibus apte.

¶ Anaphora est relatio verbi eiusdem aut similis per principia cōplurium versū: vt Nātē meæ vires, mea magna potētia solus. Nātē patris sommi q̄ tela typhoia temnis. Itē, Spes tu nūc vna senecht. Tu requies misere: decus imperiūq; Latini Te penes: in te oīs dom⁹ inclinata recumbit. Est & secūda Anaphora: authore Diomede: per quā elocutio non cōuenienter respondēs aliud refert occulte: vt est apud Salust. Sed antea itē cōiurauere pauci: in quibus Catilina: de qua q̄breuissime potero dicā. Hic de qua intelligēdū cōiuratione. Anaphora est relatio. ab ana.i.re, & phora.i.latatio. Anaphoro referto. Anaphoricos.i.relatiu?. Anaphora procelesimaticus est. Nā ana pyrrhichiuz esse ossedit analē & apud Martiale: ideo hexametrum non ingreditur.

Epanalepsis.

Principiū & fini reperitur versus eodem.

¶ Epanalepsis est quū eadē dīctio & principiū versus & clausulā tenet: vt Multa sup Pnamo rogitās: sup Hectore multa. Ante etiā sceptrum Dīcti Regis & aī. Pauper amet caute: timeat maledicere pauper. Est itē Epanalepsis cū maiore significato facta repetitio: vt Pater inquam me lumine orbauit pater. Verg. Tenem⁹ angitię: vitrea te Eucl⁹ vnde, Te liqdi fleuere lacus. Hora. Heu heu fugaces posthumē posthumē labunt anni. Epanalepsis interptak reacceptio, replicatio, repetitio. ab epi & ana: q̄ cōrūcta significat re, iterū, rursuz. & lepsis.i.acceptio. Epanalabano.i.repeteo. Habet hęc dīctio in principio tribrachū: ideo hexametrum non ingreditur.

Epizeuxis.

Dīctio format Epizeuxim cum vī geminata.

¶ Epizeuxis est eiusdē dīctionis sine medio geminatio cū impetu p̄nū ciationis: vt Memē adsu⁹ qui feci in me conuertite ferrū O ruruli: mea fraus oīs. Interptak cōiunctio aut cōbinatio. Vocatur etiam Epimone id est perseverantia, insistentia, vel assiduitas.

Paronomasia.

In simili verbo ludit quandoq; poeta.

¶ Paronomasia ē veluti qdā denoīatio, vel q̄ties aliud nomē efficiēt alio: vt Nā ſceptio ē amētū haud amātū. sic Donat⁹. Diomedes x̄o ait tūc fieri Paronomasiā.i. denoīationē, cū dīctio iterat: mutata tamē aut līta, aut syllaba i significatiōe diuersa: vt Abire an obire te cōuenit. Nō p̄tore te: s̄ p̄donē dicim⁹. Fit q̄q; cū p̄cedēti noi, aut nomē, aut verbum annectiſ, ex eodē figuratū. vt fugā fugit, ludū ludit, factū facit, furū refutit, pugna pugnata ē. Paronomasia dī denoīatio aut iuxta nomē a para.i.iuxta, & onomasia noīatio.onoma zo noīo. onoma nomē. h̄ic nō mltū distat Prosonomasia: q̄(vt Fabi⁹ i. ix. ait) est agnoīatio q̄ ex vi-

Prosono-  
masia.

cinia qdā p̄dicti noīs ducta casib⁹ declinat: vt apud Domitium aphrū p̄ Cloantilla. Mulier terū oīm iperita: in oīb⁹ reb⁹ infeliz. Dicif. a pros-i. ad. & onomastia. Corripiūt hēc noīa oēs syllabas: ideo hexametriū nō conueniūt. Onoma nāq̄ tū demū o micron i ω mega ςt̄il dū sc̄dʒ o in y grācū mutat: vt synonymia. Hietonym⁹. Apd Quin. p̄ incuiā typographorū ſēpe grēca l̄fatura vitiat. ga nūc p̄ ω mega, nūc p̄ o micron impimunif. & qdā nūc p̄ e nūc p̄ u. s̄ ad Paronomastiā redēo: de q̄ Fabi⁹ li. ix. ait. Paronomastia est qn̄ eodē ςybo q̄si falso; auget: vt, q̄ lex p̄uatis hoib⁹: effe lex videbat. Huic (vt afferit ibidē Fabi⁹) cōfinis est Antanaclasis: q̄ est eiusdē ςybi cōtraria significatio: quū (vt Rutilius ait) id qd̄ sis. ab altero dīctū est: nō in eā mētē q̄ intelligit: s̄ in alia aut cōtrariā accipitur: vt quū Proculeius q̄reref de filio q̄ is mortē suā expectaret. Et ille dixisset se vero nō expectare: immo ingt, rogo expectes. Vis hu⁹ exē pli cōsistit in ςybo exēpcto. de q̄ re in. ix. Fab. sic loquit̄ doctissim⁹ Badi⁹ nōster. Si q̄s forte dīctū Proculeij nō capit: sc̄iat expectare pprie signiſcāre extra spectare: s̄ p̄ Metaphorā (in q̄ frequētius accipit) duo. Vnū multū cupere ac dēſiderare s̄ue expēctere. Verg. ænei. ij. Quib⁹ Hector ab oris Expectate venis. Et Iob. Cūctis dieb⁹ qbus nūc milito exēpcto donec veniat immutatio mea. qd̄ inde fractū est: q̄ cui⁹ aduētū aude cupim⁹: ad eū expectam⁹. Alterū: q̄si obſeruare, diſferre, & qd̄ Galli diſcūt attēdere. Cū ergo fili⁹ negasset se expectare. i. aude petere mortē patris: pater rogauit vt expectaret. s̄ donec esset matura. i. nō acceleraret ſibi mortē. Hēc doctissim⁹ amicus nōster Badius: quo teſte codex Laurentij Vallæ Antapodosis h̄j pro Antanacłasis, forſitan haud incepit. Nā Antapodosis dicif ex aduerso aut p̄tratia redditio: qd̄ iā dīctis optime quadrat. ab anti. i. p̄tra, & apodus. i. redditio. Antanacłasis ad verbum transfertur ex aduerso refractio. ab anti. i. contra, & anacłasis. i. re fractio. ab ana. i. re, & clasif. i. fractio. clazo frango. anacłajo reuerbero, reſringo. clasina. atis. fragmentum.

Mobile cuiq; ſuum fixo connectitur apte.

**S**chesis nomaton est quū ſingulis nominib⁹ epitheta cōnectunt̄: vt Marsa manus, peligna cohors, festina virum vis. Eſt quoq; Schesis nomaton: qn̄ in cōnexu ſententiarū plutes Anfonomasia ponunt̄. vt Amipotens Tritonia virgo. Schesis nomaton tranſfertur habitus vel habitudo nominū. Cōponif em̄ ex nominatiuo schesis. i. habit⁹, & ḡtō onomaton. i. nōm. ab onoma. atos. i. nomen. In Schesis nomaton vltima tātū p̄ducif: ideo hexametriū nō ingrediſ. Apud Nigrū, Schesis ē ſigurę nomē: quā ita definiſ. Schesis ē mētūtudo incōiūcto; noīz i eadē orone: vt Nubila, nix, grando; procella, flumina, venti.

Principiis eadem est Paromœon littera multis.

**P**aromœon est quando ab eisdem literis diuerſe diſtiones ſumunt initium. Ennius. O Tite fute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Machina multa minax minitatux maxima mutis. Eſt item

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

Patomæon secundum Diomedem, quum verba vel nomina parū in flexa, & tamē sīlia superiorib⁹ inferunt: vt Multa vīi virtus aīo, multusq; recursat Gentis honos. Patomæon cū & diphthōgo interpretatur simile. Paromæos similis, aut iuxta simile. a para. i. iuxta, & homœos i. sīlis, aspiratione extita: vt in Diæresis. Synætesis. Argyrippus &c.

**Homœo-** Verborum similis sit finis Homœoteleuton.

**t eleuton.**

**Homœoteleuton** est quā simili modo plurimē dictiones finiuntur. Enni⁹. Eos deduci, euehi, q̄ deserū malui. Verg. Bella horrida bella. Homoteleuton: aut Homœoteleuton transferit a Cicerone in dignitatib⁹, similiter desinens. ab homos. i. similiter. Homœos cū & diphthōgo. i. similis. Teleuton. i. finitum. Telos. i. finis. Telo. i. finio, perficio.

**Homœo-** Casus Homœoptoton erit similis tibi multus.

**Homœoptoton** vel homoptoton est oīo vno sīliq; casu cōpacta, & excurrēs ī eosdē & sīles casus. Enni⁹. Mērētes, flētes, lachrymātes, ac miserantes. sic Diomedes. In Donato p ac miserātes, legitur, cōcomitātes Salusti. apud Diomedē. Maximis ducib⁹ fortibus strenuisq; ministris. Dicitur ab homœos. i. sīlis: aut homos. i. similiter, & p̄tosis per oīo mega. i. casus. q̄sī similiter cadens; aut similiū casuum.

**Polypto-** Bella Polyptoton variū sit clausula casus.

**Polyptoton** est oīo casuū varietate distincta: ut clausula variis casus retinēs: vt Littora littorib⁹ p̄traria: fluctib⁹ vndas. Imprecor anima armis pugnēt ipsiq; nepotes. Terē. Inte spes Hegio nobis sita est, te sū habem⁹, tu es patron⁹, tu p̄r, ille tibi mories nos. cōmēdauit senex, si deseris tu, nos perim⁹. Itē. Pater hic tuus: patrē hunc appellas: patris tu hū⁹ fili⁹ es. Polyptoton dicit a polys. i. mult⁹, & p̄tosis. i. casus: q̄sī multorū castū. Huic figurę & duab⁹ superiorib⁹ cognatæ sunt, Metabole, Ploce, Cœnonia. ideo nō pigebit ex Quint. lib. ix. aliqd de his sub texere. Metabole est rerū cōiūcta diuersitas: vt apud Cice. pro Cluētio in Oppianicū. Illū tabulas publicas violasse, cōfessorias corrupisse, decuriones vniuersitati iudicauerūt, cū illo nemo rōnem, nemo rē vīlā cōtrahebat, nemo illū extā multis cognatis & affinib⁹ tutorē vñq; liberis suis scripsit. & deinceps adhuc multa. Ut hæc in vñū cōgerunt: ita contra illa dispersa sunt: quæ a Cice. Dissipata dici puto, inquit Fabius. Hic se getes, illic veniunt frēlicius vuæ. Arborei factus ahbi. & deinceps. Metabole trāsferitur mutatio, trāslitus, trajectio. a meta. i. trās, & bolos aut bole. i. factus. Ploce est frequētior repetitio: in qua media primis, & medijs vltima congruunt: vt apud Ciceronem. Vestrū iam hic factum deprehenditur patres conscripti nō meum: ac pulcherrimum quidem factum: verum vt dixi non meum: sed vestrū. In hoc exemplū inueniunt etiam Antapodosis. id est contraria redditio. Est item Ploce in epistola Ciceronis ad Brutum. Ego cum in gratiam redierim cum Ap-

**Metabole**

**Dissipata.**

**Ploce.**

pio Claudio, & redierim per Cnaum Pompeium, se ego ergo cum redierim. Ploce item est iteratio verborum, hoc modo. Usq[ue] adeo ne Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Ploce transfertur implicatio: teste Raphaele Regio. Lexicon grecu[m] ita habet. Ploce est inclinatio, auulso, nexus. Cœnonia est verborū idem significantiū disiunctio aut separatio, hoc modo. Vos enim statuistis: vos sententiam dixistis vos iudicauistis. Cœnonia interpretatur communicatio: hic enim verba disiuncta in re communicant. a cœnos. id est communis. Cicero in Catilinaz. Abiit, excessit, erupit, evasit. Hæc figura videtur ferme eadē cum Tautologia. Cœlius Pleonasimum vocat: authore Fabio.

Cœnonia.

Sermonis series prelonga vocabitur **Hyrmos**.**Hyrmos.**

**H**yrmos est series aut constructio orationis continuę tenorem suū in multos versus pretendens. Vergilius in sexto. Principio cœlum ac terras cœposq[ue] liquentes Lucentemq[ue] globum lunæ titanias astra &c. & in primo ænei. Est in secessu longo locus insula portum Efficit. &c. Vnde teste Setuio, Hyrmos est longissimum hyperbaton. & dicit hyrmos quasi syrmos. id est tractus. a syro. id est trahō. syrma. id est tractus & lōga velis. A syrmos fit Diasyrmos: quasi detractio. a diasyro. id est detrahō. Est enī figura quæ tunc sit: quū magna nobis minuūtut & minima extollūtur: vt Quorum æmulati exoptat negligentiam potius q[ui] illorum obscuram diligentiam. Fit item quum una dictio ad duo significata trahitur: vt Interstrepare anser olores.

Diasyrmos.

Everbo in verbum **Climax** it pulchra figura.**Climax.**

**C**limax est de verbo in verbum gradatio: quæ dicta repetit, & priusq[ue] ad aliud descēdat: in priorib[us] resiliit. author Fabius in nono. vt Aphro cano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Climax apertiorēm habet artem & magis affectataz: ideoq[ue] esse rarius debet. author ibidem Fabius. Climax interpretatur scala vel gradatio. Vergilius. Totua leæna lupuz sequitur, lupus ipse capellam. Genitu[rum] est climacos. verum latinos eius nominis obliquis nonduz usq[ue] com peno. Clijna. atos. id est regio.

## De Tropis.



Erit ad improprium Tropus omnia significatum.

**T**ropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Author Fabius in octauo & nono: cui suffragātur Donat[us] & Djomedes: vt vulpes pro astuto. Bacchus pro vino. Intus canere pro utilitati propriæ studere. Tropi dicti a tropeo. id est verbo, trope. id est mutatio & cōuersio: quia

**Tropus.**

vertut a propria significatione ad impropriam plerūq; per similitudinem.  
Vñ & motus dicuntur, auctore Quin. Tropis species sunt. xij. Metaphora,  
Catachresis, Metalepsis, Metonymia, Antonomasia, Epitheton,  
Synecdoche, Onomatopœia, Periphrasis, Hyperbaton, Hyperbole,  
Allegoria, Homœosis. Horum omnium generis est Metaphora; ceteri omnes  
huius species videntur. Author Diomedes.

**Metaphora.** Propter rem similem pro verbis verba repones.

¶ Metaphora est rerum verborum per similitudinem translatio: ut Ridet pra-  
ta, sitiunt segetes. per florēt & humore indiget & ariet. Hęc figura (vt Fab.  
in. viij. ait) copia auctor sermonis permittendo mutuari qđ nō hęz: quodq;  
est difficilimū: p̄hat ne vlli rei nomine deesse videat. Transfertur ergo no-  
mē aut verbū ex eo loco in quo p̄priū erat, in eū, in quo aut p̄priū de-  
est: aut translatus p̄pro melius est. Id facim⁹ aut quia necesse est: aut qā  
significatius: aut qā decetius. Vñ necessitate rustici dicit: gemmā in vi-  
tib⁹. quid eū diceret aliud: & sitire segetes. Itē alia ad ornatū, lumen oīo  
nis, gnis claritatē, & cōcionū pcellas, & eloquēti flumina aut fulmina.  
sic Maro dixit. Classem immittit habemas. Et Arrectisq; autib⁹ astāt. Fer-  
rūq; armare veneno: apd Ver. duplex ē Metaphora. Nā & veneno ar-  
māre, & ferrū armari translatio ē: quā Metaphorā greci vocāt. Metapho-  
rin. i. trāsferre. Metaphora ē pceleusmaticus: iō hexametri nō ingredit.

**Catachresis.** Esto Catachresis bona vocis abusio nobis.

¶ Catachresis ē usuratio nominis alieni: vt particidā matris qđ aut fris  
interfectore dicim⁹: auctore Fabio in. viij. quū p̄prie is dicat qui p̄em  
occiderit. sic piscinā per hęc figurā etiā dicim⁹ qđ pisces nō habet. Cata-  
chresis est usuratio vñ abusio. a cata. i. cōtra: & chresis. i. vsus: quasi cō  
tra vsum. Catachraom̄. i. abutor. Catachresiticus, abusivus. Catachre-  
sice, i. abusive. Aduerbia qualitatis græce in os lögū desinunt: & ita vtū  
tut eis latinissimi. vt Catachresticos, metaphoricos, ironicos &c. Ver.  
Metaphoricos potius qđ Catachresticos dixit in decimo æneid. An sese  
muctone ob tantum dedecus amens induat. id est feriat. Catachresis  
enim: vt Fabius in octavo scribit: non habentibus nomen suum ac-  
commodat: quia in proximo est. sic dicuntur pyxides cuiuscumq; materię  
sunt: qđq; a buxo nomen habeant. Itaq; Catachresis est necessaria: quia  
multe res proprijs vocabulis carentes per eam vocabula inueniunt.  
Nam & qui iaculum emittit, iaculati dicitur: qui pilam aut sudem, ap-  
pellatione priuatim sibi assignata caret: & vt lapidare quid sit manife-  
stum est, ita glæbarum tessellatum qđ iactus nō habet nomen. Vnde abu-  
sio quā Catachresis dicitur, necessaria est. Author Quintilianus.

**Metalepsis.** At Metalepsis erit transumptio facta gradatim.

¶ Metalepsis est transumptio gradatim facta: quum dictio aliud a sua

propria significacione ex his quæ precesserunt denotat: ut Post aliquot mea regna videns mirabor artifas, post aliquot artifas ergo post seges-  
tes, & sic post æstates, & proinde post aliquot annos. & de ventis in pri-  
mo Aeneidos. Sed pater omnipotens spectuncis abdidit atris Hoc me  
tuens regemq; dedit &c. Ab atris enim nigrae intelliguntur, ex nigris  
tenebras habentes, & per hoc in preceps profundæ: ut cū Donato asse-  
rit Diomedes. Metalepsis est transumptio. a meta. i. trans. & lepsis. id  
est sumptio. vel acceptio.

Dico Metonymiam Bacchum bibo: vina coronant.

Metony-  
mia.

**C**Metonymia est nōis trāsumtatio: quoties prout inuentū, p  
cōtidente cōtentū: pro efficiente effectū: pro posseſſo posſessorē: aut  
cōtra capim⁹. Hęc definitio ex Donato & Diomede & ex Quintiliano  
lib. ix. colligitur. Fit itaq; Metonymia. Primo ubi per id qđ contineſ  
id quod contineſt ostenditur: ut Nunc pateras libate Ioui. i. vina.  
Cœlo gratissimus amnis. i. cœlicolis. Secundo econtrario: ut Craferas  
magnoſ statuunt ac vina coronant. vina. p vasis dixit: authore Ser-  
uio. Antiqui enim coronabāt pocula: & ſic libabant. Vnde eſt, Magnū  
cratera corona induit impletūq; mero. Seruio Syncedochen vocat  
pro Metonymia. Tertio ubi per inuentorem inuentum oſtēditur. Te-  
rentius. Sine Cerere & Baccho friget venus. id eſt sine pane & vino lan-  
guet libido. Quarto edituero. Plautus teste Seruio in superiorē Ver-  
gilij verſum. Vinum p̄tēmūr: nam hic deus p̄ſens adeſt. id eſt Bac-  
chum vini repertorem. Quinto ubi per efficientem id quod efficitur  
intelligimus: ut melior remis. Infert enim velocitatem: sed velocita-  
tem quā p̄ remos fit. Sexto ab eo quod fit id quod facit. ut frigus p̄-  
grum: quia pigros efficit. Mœſtumq; timorem mittite. id eſt qui vos  
incellos & tristes efficit. Septimo ubi poſſessor pro poſſesso accipitur.  
ſic hoīinēm deuorari dicimus cuius patrimonium abſumitur. Ver-  
gilius. Iaz proximus ardet Vcalegon. Quo modo: ut in nono Quinti  
lianuſ ait, fiunt innumerabiles species. Ideo Donatus quatuor mo-  
dis enumeratis ſubjugit: Hęc exempli cauſa poſta addiſcentib⁹ ſunt  
reliqua demonstrabit lectio. Metonymia tranſfertur nominis trāſumtatio.  
a meta. i. trans: & Onoma. id eſt nomē. Onomaq; nomino. Ono-  
maſia nominatio. Onoma mutat prius o breue in o lōgum, & ſecun-  
dum o in y grecuz in pleriq; compositis: ut Metonymia, Patronymi-  
cum, Synonymum, Hieronymus &c. Videat qui mihi parum credit.  
Lexicon græcum.

Appellatiuum proprii vice ſa:pe locatur.

Antono-  
masia.

**C**Antonomasia eſt vocabulū quod ſine noīe poſitū loço ei⁹ fungit: ut  
magnanim⁹ Anchisiades, p ænea. Saturnia, p Lunone. authot i. viii.  
Fabius. Arma virtūq; cano, p Aenea, eſt Antonomasia: teste Diomede  
& Domitor maris, p Nēptuno. Antonomasia dicit Characterimos:

Characte-  
rismos.

# Ioannis Despauterii Niniutæ

que per accidentia rem designat: vt Calvo seruiret Roma Neroni. pro Exoche. Domitiano. Que vero p excellētiam sit, dicitur Exoche & Catexoche: Catexoche vt poeta apud græcos pro Homero: apud latinos pro Vergilio, & ius ciuile, pro iure Romanorum. Antonomasia sit tribus modis. Ab animo: vt magnanimus Anchisias, id est Aeneas. A corpore: vt ipse arduus, id est Polyphemus. Extinsecus: vt Infelix puer: atq; impar cōgressus Achilli, id est Troilus. Antonomasia interpretatur pnominatione aut pro nomine, ab anti, id est pro, & Onoma, id est nōmē. Onomato nomino. Onomasia, nominatio. Antonomasia propter tribrachum includsum hexametris non congruit. Characterismos interpretat effictio aut per signa indicium. a Character. id est signum & figura. Exoche, id est excellentia vel eminentia. Exochos excellens, egregius. Catexoche, p excellentiam. a cata, id est per, & Exoche excellentia. Verg. Botes p exochen vel catexochen nominauit. Que cura bouz: quis cultus habendo Sit pecori. Et Dodonā. Deficeret syluz, & victum Dodona negaret.

## Epithetō. Exornat carmen fixo bene mobile quadrans,

**E**pitheton est appositum nomini adiectuum perpetuam ferme naturam rei indicās: vt alma Ceres, Pulchra venus, Trifia bella, Dulce mustum. Eo poeta & frequentius & liberius vtuntur. Itaq; & dentes albi & humida vina in his non reprehendimus. Apud oratores nisi aliquid efficitur: redundat. Tunc autē efficitur, si absq; illo quod dicitur minus est, qualia sunt. O scelus abominandum. O deformem libidinem. Author Fabius libro octavo. Epitheton transfertur appositum. ab epiprepositione: que in compositis significat in, ad, super, & theton. id est positum. Epitheton est proceleumaticus: ideo hexametruz auersatur. Epitheta sumuntur tribus modis. Ab animo: vt iussus imperator, Cōtemptor diuum Mezentius. A corpore: vt pulcher Iulus. Extrinsecus idq; plurifariam. A loco: vt Ulysses Ithacus. Ab actu: vt Aeneia nutrix Caieta. Ab euentu: vt Insula diues opum Tenedos. Epitheton ab Antonomasia differt: authore Donato. Hac enim vicem nominis sustinet. Illud sine nomine reperitur nunq;: vt dira Celeno, dia Camilla. His duobus tropis, vel vituperamus, vel ostendimus, vel laudamus.

## Synecdoche. Pro nauī puppis contraye Synecdoche habetur.

**S**ynecdoche est figura cum a parte totum intelligitur, aut cōtra, numerusve pro numero sumitur. Primo itaq; a parte totum intelligitur ut in primo æneid. Puppesq; tuę: pubesq; tuorum: Aut portum tenet aut pleno ūbit ostia velo. A pupibus enim naues significat. A pube totos homines. Secūdo a toto pars intelligitur: vt in eodē libro. Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus In puppim ferit. i. multa ponti aqua, non totus pontus. & alibi. Fonteniq; ignemq; ferebant. id est ali quantum aquę ex fonte. Vtriusq; modi exemplū continet hic versus.

Darequieꝝ puppi veniet cū frigidus annus. pro nauj. & hyeme. ¶ Tercio capitulū numerus pro numero. Naves armato milite complent. Hostis habet muros. pro militibus. & hostibus dixit. Meminisse autem debemus. ait Donatus: quando a parte totum intelligitur. id faciendū esse ab insigniori parte. Fit item Synecdoche quoties verbum vel adiectivum regit partem in accusatiuo vel in ablatiuo: vt lugulum dolui: nudus crura. de hac in Syntaxi affatim disputatuꝝ est. Synecdoche iteꝝ est: vt ait Fabius libro nono: quum subtractum verbum aliquod sati ex ceteris intelligitur: vt Cælus in Antonium. Stupere gaudio. simul em̄ auditur cœpit. Cui similia sunt illa meo quidē iudicio. ait Fabius: in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur. Nouim⁹ & qui te transuersa tuentibus hirquis. Et quo sed faciles nymphæ nise re sacello. Hanc quidam Aposiopesim putant. frustra. Nam illa quid faceat incertum est: aut certe longiore sermone explicandum. Hic vnu verbum & manifestum quidem desideratur. quae si Aposiopesis est: nihil non in quo deest aliquid. idem appellabitur. Haec Fabius. Synecdoche transferrut conceptio vel comprehensio. a Cicerone vero in dignitatibus dicitur intellectio. Synecdochios. id est comprehensim.

## Saepē sonus causam fingendi nomina p̄stāt.

¶ Onomatopœia est dictionis ex sono confictio. vt mugio. hinnio. pilo. Clamor. & vitum clangor. & tubarum. Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis. dicitur ab Onoma atos. id est nomen: & potia. id est fictio: hoc est nominis fictio. continet id nomine in principio Proceleumaticum. sic enim græce scibitur οποια τοπον. Ideo ab hexametris non admittitur. De hoc tropo ait in ostia. Fabius. Onomatopœia est fictio nominis: græcis inter maximas habita virtutes: nobis vix permittitur. Inde tamen mugitus. & sibilus. & murmur venerunt. Fit autem quando vocis confusa nomen ad imitandum sonum affingimus: vt Ovium dicimus balatum: boum mugitum: equorum hinnitum: ænis tinnitum. Terribilis buccinæ sonitu Taratataro. Enni⁹. At tuba terribili sonitu taratantara dixit. Scrofa quoque a sono dicta creditur.

## Rem circumloquimur fit quando Periphrasis apta.

¶ Periphrasis est circumlocutio quædam: quum id quod vno aut paucioribus verbis dici potest. pluribus explicatur. Vergilius. Et iam prima nouo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile. id est dies oriebatur. Idē. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægis Incipit: & dono diuum gratissima serpit. id est nox erat. Ouium teneros depellere fætus. id est hagnos. Periphrasis transferrut circumlocutio. a peri. id est circum. & phrasis. id est locutio. Phrazo. id est dico vel dissero. Periphrasis fit bifarijam. aut ordinandæ rei causa quæ pulchra est quum breuitatem splendide producit: vt in superioribus exemplis. Aut vitandæ rei causa quæ turpis est quum fœditatem circuitu deuitat. sic. Placidumque petiunt Coriugis effusus gremio per-

Onomatopœia.

Periphrasis.

## Ioannis Despauterii Niniuitæ

membra soporem. hoc enim circuitu evitata decenser obscenitate ostendit concubitus. Itē. Hoc faciūt nimio luxu ne obtusior usus Sit genitali aruo: & sulcos obliquet inertes. hoc enim circuitu significat conceptū forminæ difficultem. In Donato pro vitande libratorum incuna mendose legitur illudandæ, & vituperandæ: vt ex Diomede liquet.

**Hypbatō.** Valde turbatus vocum sit Hyperbaton ordo.

Hyperbaton est transensio qdā verborum ordinē perturbans. Ver. in. xij. Interē reges: ingēti mole Latinus Quadriugo vehitur curru: cui tēpora circum Aurati bis sex radij fulgētia cingunt. Solis autē specimen: bigis ut Turnus in albis Bina manu lato crispā hastilia ferro: Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo. Sidereo flagrans clypeo, & celestibus armis Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ Procedunt castris. hic Hyperbaton est, teste Servio. Interē reges procedunt castris. Latinus vehitur quadriugo curru. Est hic etiā Prolepsis, vt aī declarauim⁹. Frequenter em in eadem oratione diuersæ figuræ compenuntur diuersis rationibus. Fabius in. viij. Hyperbaton, verbi transgressionē interpretatur: quā frequenter ratio comparationis, & decor poscit. Fit enim frequentissime aspera, dura, dissoluta, & hians oratio: si ad necessitatē ordinis sui verba redigantur: & vt quodq; ontur: ita proximis etiā sivincit non potest, alligetur. Itaq; quoties decoris gratia contrahitur longius verbum, proprie Hyperbati tenet nomen. Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partēs diuisum est, restum erat: sed durum & incomptum. Hyperbati species sunt quinq; Hysterologia siue hysteron proteron, Anastrophe, Parenthesis, Synthesis, Tmesis. Hyperbatoni dicitur ab hyperbēno. id est transendo vel transgredior: Hypballo, extēdo, supero: Hypbasis, vel hypbasis transgressio.

**Hysteron Proteron.** Hysteron est proteron, postponas si ante locanda.

Hysterologia, siue hysteron pteron, est sententia cū verbis ordo mutatus. Vergilius. Ettorre parant flaminis, & frangere saxo. prius enim sazio frangunt qdā torrent. Idem. Postq; altos tetigit flutus, & ad æquora venit. Nā pri⁹ ad æquora venit qdā tetigit flut⁹. Idē in. iij. æn. Moriamur, & in media arma ruam⁹. p i media arma ruam⁹, & moriamur: vt notauit Prisc. i li. xvij. Sic me Margarita nutrit, & peperit. Hystero. i. vltmū, post, aut nouissime. Inde hysterologia p̄postera locutio. pteron. i. prius.

**Anastro-  
phe.** Ordo inuersus erit tibi Anostropha præpositure.

Anastrophe est verbos, tantū ordo præpostor⁹. vt Italā contra maria omnia circum. Transita per & temos. pro cōtra Italiam. Anastrophe est reuersio vel inuersio. Anastropho, reuertor.

**Parenthe-  
sis.** Interiecta Parenthesis est sententia quævis.

Parethesis ē iterposita formatio diuersæ sive ut Aeneas (neq; em⁹ patrius p̄sistere mētē Pass⁹ amor) rapidū ad naues summis Achate. iterposita ē iterpositio: a para & en, qdā duo dicunt inter. & thesis positio. Hanc figuram

Dialysim. i. dissolutionem vocat Diomedes. a dialyo. i. dissolu.

Synchesis est prorsum vocum aut confusio sensus.

Synchesis

**C** Synchesis est hyperbaton obscurum & ex omni parte confusum. Verg. primo ænei. Tres notus abreptas in saxa latenter torquet. Saxa vocat Itali medijs quæ in fluctibus aras. Est autem hic ordo: Tres naues abreptas notus torquet in saxa: quæ saxa in medijs fluctibus latenter Itali vocant aras. In eodem. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore trinactrio: dederat q̄ abeuntib⁹ heros Dicitidit. quuz sit ordo: deinde heros diuidit: vija: quæ bonus Acestes onerarat cadis, & de littore trinactrio abeuntibus dederat. Et secundo ænei. Juuenes fortissima frustra Pectora si vobis audentem extrema cupido est Cetera sequi quæ sit rebus fortuna videtis: Excessere omnes adytis arisq; relictis Di quibus imperium hoc steterat: succurratis vrbi Incense: moriamur & in media arma ruamus. Est enim ordo: juuenes fortissima pectora: frusta succurratis vrbi incense: Omnes di quibus imperium hoc steterat excessere adytis arisq; relictis: videtis quæ fortuna sit rebus: si vobis certa cupido est sequi me audentem extrema ruamus in media arma & moriamur. Synchesis transferunt confusio. a syn. id est con & chesis. i. fuso. a cheo. id est fundo.

Quoq; interposito per Temesim verbula scindo.

Temesis.

**C** Temesis est unius cōpositi vel simplicis sectio una dictione vel pluribus interiectis. veluti. Est boreæ regio septē subiecta triom. Ennius. Saxo cere cōminuit brum. Et Massili poitant ad littora tanas. pro ce rebrum. & Massilitanas. Hęc figura nō facile admittit: nisi multorum auctoritate fulciat. Temesis dissyllaba dictio nō temesis transferit sectio scissio. diuisio. Temno. i. incido. tmallo. i. scindo. Eadez vocat Diacope. Diacope. i. intercisio. diacopo. i. intercidio. a dia. i. per. & copto. i. incido.

Excessus fidei manifestus Hyperbola fertur.

Hypbole.

**C** Hyperbole est orō exceedēs fidem augēdi minuēdive causā. Augendū: vt niue candidior. fulmīnis ocyor alis. Astra ferit sonus armorum clāgorq; tubarū. Minuēdī causa: vt Vix oslib⁹ hęret. Tardior festudie. Cādētis te folij sonitus terneret. Hyperbole dici pot̄ eminētia, vel vt Cicero ait suplatio. a Fabio lib. viij. Supiectione dicit. a q̄busdā excessus. Cōponit ab hyper. id est super. & bole vel bolos. id est iactus.

Dic Allegoriam sensu si verba repugnant.

Allegoria.

**C** Allegoria ē tropus q̄ aliā significat aliā dī, & ita nōba sensu. i. sensui repugnat. Ver. i fine. ij. Geor. S; nos immēsus spacio cōfēcim⁹ equor. Et iā tēpus equū fumātia soluere collā. i. q̄ tractāda fuerat affatiz ex pli cuim⁹. Iā cōgruū ē carmē finire. sic i bucolico ludicrō. Claudiū iā riuos pueri sat prara biberūt. Hora. i Odis. O nauis referit i mare te noui flū. Qd agis fortū occupa portū. hic p̄ nauē allegoricos pplz intelligit p̄ fluctū rēpēstatē. bella ciuilia: p̄ portū pacē & p̄ cordiā. Allegorā Fabi. in. viij. iuerſionē vocat. Raphael regi afferit dici ab alio agorciuit. i. lab.

## Ioannis Despauterii Niniusæ

aliud agendo. Constat allegoria ex spondeo & tribracho. Ideo Mancinelius & ceteri turpiter circa necessitatem abusi sunt huius nominis quantitate: scribitur enim græc sic  $\alpha\lambda\eta\gamma\omega\pi\alpha$ . Ita certe apud Quintilianum (vbi græc scriptum offenditur) Italica impressio semper habet haud immitterito: quia quantum ad secundam partem eiusdem originis est cum κατηγορια categoria. id est accusatio & prædicamentum. κατηγορεω categorio, accuso & pdico. categoros accusator. a cata. i. aduersus. contra. in. ex. per. secundum. & αγορευω agoreuo. id est dico concionor. Eodem modo allegoria fit ex allo. id est aliud. & agoreuo. ergo sine dubio scribitur similiter per eum, quam in e longum verimus. Qui apud Quintilianum aliter impresserunt, non mutauissent Italicam impressionem si haec bene considerassent. sed nil mirandum: quoniam per incuriam Cacozelia per e. Liqou, & Ironia per omicron & plura: male exarata conspicantur. Allegoriae species multæ sunt: e quibus septem eminent: ut Donatus ait, Ironia, Antiphraſis, Aenigma, Charietimos, Parœmia, Sarcasmos, Astetimos.

### Ironia.

Illudens recte sermo Ironia feretur.

Ironia est dissimulatio aut illusio qua contraria ostenduntur sensui quem verba præse ferunt: ut Egregiam vero laudem & spolia ampla referat Tuq; pueri tuus. Scilicet is superis labor est. Id populus curat scilicet. Hanc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri videbitur: quod negare contendit: ut Verres prætor vibanus: homo sanctus & diligens. & in Clodium. Integritas tua te purgauit mihi crede: pudor eripuit: vita anteacta seruauit. Ironia dicitur ab ειρωμενουαι. Ironeuomæ. id est dissimulo & catullatorie decipio. Iron. id est cauillator & Colax. Socrates vulgo Iron dicebatur. id est agens imperitum, & admirator aliorum tanq; sapientium: ut meminit Fabius.

### Antiphraſis.

Antiphraſis verbum sit per contraria dictum.

Antiphraſis est unius verbis Ironia: ut bellum q; minime bellum est, & lucus q; minime lucet. haec Donatus, & Diomedes, addens parcas dici: q; minime patcant. Meminit huius rei Quintilianus in primo de institutione oratione dicens. Et etiam ne a confratijs aliqua si namus trahi: ut lucus quia umbra opacus parus luceat, & ludus quia sit longissimus ab lusu, & dis quia minime diues. Varro Parcas quasi partas dic: vult in cmutata. a parti: q; nascentibus bonū aut malum conferunt: authore Hesiodo: ut meminit Gellius. Ideo Augustinus Dathus contra Priscianum debachatur: ostendens per Antiphraſim non dici bellum, Parcas, Ludum, Lucum &c. Hac etiam figura non nunq; quos nanos conspicimus Atlantes vocam<sup>9</sup>, & Aethiopes argenteos. Haec ab Ironia differt: q; Ironia pronunciando mutat affectum: & significationem. Antiphraſis vero diversitatem rei denotat: ut Diomedes ait. Antiphraſis est per contrarium locutio. ab anti. id est contra & phrasis. id est locutio. Antiphaticos contradictorius.

## Aenigma supra declaratum est.

**A**t Charientismos tibi molliet aspera dictu.

**C**harentismos est tropus quo dura dictu gratius pferuntur: vt si in terrogati: nū me q̄siunt q̄spiaz̄ respōderis bona fortuna. i. nemo. nūquid vis aliud: vt recte valeas. i. nihil. Chanētismos. i. gratificatio & vibani tas. a X̄cpiō eptōs charis chariētos. i. gratus gratiosus. X̄cpiō charis itis. i. gra. Chariētizom̄. i. iocor, nugor, vibanus sum, alludo. Charizo m̄z. i. dono, gratificor.

Charien-  
tismos.

Serino procul notus festiu Parœmia fertur.

**C**Parœmia est accōmodatū rebus téporibusq; puerbiū: vt lupus est in Parœmia fabula. i. adest is cuius p̄sentia loqui vetamus: lupi enī vocē ad imere cre duntur ei quē priores conspexerint. Verg. Lupi Mænū videte priores. Cœta numerabimus exta. i. vt Diomedes ait, ex euētu rez sciem⁹. Nos poma natam⁹. quoties indoctus, ignobilis, improb⁹: inter doctos, aut nobiles, aut pbos numerari cupit: velut in pomis oletū. Parœmia pro uerbiū. Parœmias puerialis. Dicit a para. i. iuxta, & cœme. i. cantus vel cātilena: q̄li iuxta oīm cātilenā. In Donato & Diomedē mēdose legi tur paronomia, pro parœmia. Hos librariotū incuria excusat. Alexāder venia caret dices. Est & Epizeuxis & Anaphora Paronomia. sed hic fer me oīa figuratū noīa corruptit: vt legēti liquet mediocriter docto.

Hosticus irrisus nobis Sarcasmos habetur.

**C**Sarcasmos est plena odio atq; hostilis deriso. Verg. in. xij. æneid. En Satcasmos agros & quā bello Troiane petisti Hesperiā metire iacēs. Et in. ii. ænei. Pyrrhus ad Priamū. Referes ergo h̄ec & nūci⁹ ibis Pelidē genitorū: illi mea tristia facta Degenerēq; Neoptolemū narrare mem̄to. Sarcasmo filis est Mycterismos cū qdā risu & cōtractione nariū subdola illusio. Fa bius in. viiij. Adiſciū his Mycterismos, stimulat⁹ qdē: s; nō latēs derisus. Scribit id nomē grāce cū y greco ī p̄ma syllaba, & n quā in elōgā vertim⁹ Mycteriū in secūda uukt̄nō dūos mycterismos. i. subsannatio. a myctēzō. i. sub simos. fanno. Idq; a uukt̄nō nōos myctēzō eros. p̄cūlūtūa gentiū longa: vt crater eris. i. nasus.

Simplicitas Asteismos erit si rustica desit.

**C**Asteismos est tropus multiplex numeroseq; virtutis. Nā est quicq; Asteismos rusticā simplicitate caret & faceta satis vibaniate exp̄misit: vt ap̄d Ver. in buco. Qui Bauiū nō odit amet tua carmina. M̄qui. Atq; idem iūgat vulpes & mulgeat hircos. i. p̄ poena ei cōtingat: vt diligat M̄quiū p̄cio rem poetā. Nā M̄quiū & Batius pessimi fuerit poetæ: inimici tā Ho ratio q̄ Ver. Vñ Hora. Malasoluta nauis exit alite ferēs olentē M̄quiū. Iungere vulpes & mulgere hircos est cōtra naturā quicq; conati. Niger cū Alexādro etiā Antismon vocat hāc figurā: Doctiores Asteismos dū taxat. quos poti⁹ imitādos cēsco. Asteismos est dictio tetrasyllaba: duos

bus trochæis constans: ideo Syngresim fecimus: ut Vergi. in aluearia. Allelidos transfertur urbanitas. Allelios urbanus. Allelios, id est urbanus sum. Allelios, id est iocor.

**Homœosis.** Nota parum demonstrat Homœosis mage notis.

**Homœosis.** **C**Homœosis est minus nota rei per similitudinem eius quæ magis nota est demonstratio. Eius species sunt tres. Icon. Parabola. Paradigma. Homœosis transfertur similitudo. ab homœos cum ε diphthōgo, id est similis. hinc homœologia, id est similis locutio. Est autem Homœologia orationis vitium quum nulla varietatis gratia leuat tedium, atq; est tota coloris vniuers. quæ maxime deprehenditur carēs arte oratoria. Author Fabius in octauo.

**Soræsimos.** **C**ontranū huic vitium est Soræsimos, quedam missa ex varia ratione linguarum oratio. vt si atticis Dorica, Aeolica, Ionica etiā dicta cōfundas. Cui simile vitium est apud nos si quis sublimia humilibus: vetera nouis: poetica vulgaribus misceat. Id enim tale est monstrum quale Horatius in principio ait: poetica fingit. Author in octauo Fabius. apq; quē Valla & Aldus legūt Soræsimos. Regius ḥo Cœnimos a cœnoneo, id est communico, legit. Vnde etiam cœnonia, id est communicatio, rectus dicitur q̄ cœnonia. Badius noster vir acerimi iudicij suffragatur hic Valla & Aldo. Soræsimos cum ε diphthongo dicitur aceruatio & congeries. Sotus per ω mega ante r. id est cumulus aceruus. Soreuo cumulo. Soria per ε diphthongon, id est congeries: Soreuma atos, id est cumulus. Soreusis aceruatio.

**Icon.** Est icon quoties formæ bene confero formam.

**Icasmos.** **C**Icon est personarum inter se vel eorum quæ personis accidunt comparatio: vt Os humerosq; deo similis. Aut Icon est formæ ad formaz collatio laudis aut. vituperationis causa: vt, ibat in prælium corpore tauri validissimi: impetu leonis acerimi. Et, iste quotidie per forum tanq; iubatus draco serpit dentibus aduncis.

**Catatypsis.** Hæc figura a Diomede vocatur etiam Icasmos. Alio nomine dicitur Catatypsis. Icon onos. pœnultima gentiui correpta cum ε diphthōgo in prima græce scribitur: transfertur imago & similitudo. Icasmos idem.

**Catatypsis.** Catatypsis interpretatur iuxta figuram aut formaz: vt Omnia Mercurio similis vocemq; coloremq;. Et crines flavius & membra decora iuuentæ. Dicitur a cata, id est per & secundum, & atypolis per ω mega id est impressio, & formatio. typos, id est forma, figura, adumbratio. Typoo signo, formo. Ab hypo, id est sub, & typolis fit Hypotyposis, id est informatio, designatio, dispositio. Hypotypoo, id est per figuraz demonstro & designo.

**Hypotyposis.** Hypotyposis dicitur a Cicerone sub oculos subiectio: vt ait Fabius libro nono. Est autem Hypotyposis quedam proposita forma rerum.

ita expressa verbis: ut cerni potius q̄ audiri videatur: veluti Ipse inflatus sceleris acfurore in forum venit: ardebat oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Huic figura cognata est Metastasis: quæ est reportū translatio: qua ita quæ futura sint aut futura fuerint imaginamur: ut non narrari res: sed agi videatur. Author ibidem Fabius. veluti Credite vos intueri hęc: quę nō viditis oculis, animis cernere potestis. Ea Enargia. dem ferme dicitur Enargia: quæ est terum gestarū aut q̄si gestarū sub oculis inductio: ut Ac veluti in ipsis oculis ubi lāguida pressit. Non ēt quies, nequicq̄ audios extendere cursus Velle videmur & in medijs conatibus ægri Succidimus: non lingua valet: non corpore nota Sufficiunt vites: nec vox nec verba sequuntur. Metastasis transfertur transmutatio & transitus. a meta, id est trans. & statis i. statio. Enargia euidentia est cum a prima vocali in secunda syllaba & ει diphthongo in tertia apud gr̄cos: nos in i longum vertimus. Enarges, id est manifestus. Energia vero cum secunda vocali in secunda syllaba dicitur efficacia, actus, & actio. cum ει diphthongo similiter in poenitentia.

Iure disertus erit quisquis rem comparat apte.

¶ Parabola est rerum genere dissimilium comparatio: ut Qualis mutatus fugit cum saucius aram Taurus, & incertam excusit ceruice securim. Huic venusti subiecti solet Antapodosis: quæ est contraria redditio vel ex aduerso, ex anti, id est contra, & apodosis redditio. Hęc ut in octauo ait Fabius, rem utrāq; comparat & velut subiectit oculis & pariter ostendit. Cicero pro Murenā. Ut aiunt in gr̄cis artificibus eos aulcedos esse qui citharœdi fieri non potuerunt: sic nos videamus qui oratores euadere non potuerunt, ad iuris studium deuenire. Parabolam Fabius libro quinto appellat exemplum. Diomedes vero similitudinem: alij comparationem. Facit id nomen procelesimati cum: ideo hexametrum non ingreditur. Proinde non credo Mancinelli id nomen deducendi ex para, id est iuxta, & bole cum ou diphthongo, id est consilium & sententia, q̄si iuxta sententiam. q̄q non ignorem interim correptionis gratia alteram diphthongi vocalem apud gr̄cos abiici. Tamē mihi placet parabolam dici adiectionem. a para, id est ad & iuxta, & bole, id est iactus. Ballo laquo, ut sit adiecta cūq; rei comparatio.

Exemplum facti vel dicti sit Paradigma.

¶ Paradigma est exempli hortantis vel dehortantis enarratio. Hortantis: vt Antenor potuit medijs elapsus Achius Illyricos penetrare gma. sinus &c. Dehortantis aut deterrentis: vt At non sic phrygius penetrat Lacedæmona pastor: Ledæamq; Helenam Troianas vexit ad vibes. Paradigma, id est exemplum. Paradigno, id est exemplifico a para, id est iuxta & digna atq; i. signum. dignatizo, id est traduco

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

& signo, ostendo, græci cum ei diphthōgo in prima syllaba. Hactenus ex Diomede & Donato pauculis figuris obiter inscritis, quæ deinceps scribentur ex Mancinello & Nigro atq; Quintiliano sumptissimus, nec tamen quicquid vñq; figuratur, est huc contulamus. id enim foret immensum, parvumq; utile: authore Quintiliano in nono. Nec miru: quum Apollodorus, vt Cælius scribit, teste Fabio incomprehensibilia partis huius ptacepta existimauerit. Itaq; mecum preclare actum putabo: si post tantos viros non inutiliter hunc laborem obijisse candidis lecto: ribus videbor.

## Miscellanea Reliquarum Figurarum Declaratio.



Vita figurarum descriptio nostra sumit.  
¶ Descriptiones temporis, loci, generationis, pu-  
gnæ & plenum rerum a nonnullis inter figuram  
numerantur: quarum declarationem prosa faci-  
lis enucleabit, cum ijs quas Niger in Phrasios,  
id est elocutionis speciebus declarat.

¶ Est autem Phrasis sermo eloquens totius sen-  
tentiaz significationem ostendens.

Chrono-  
graphia. ¶ Chronographia est temporis descriptio: vt Vertitur interea cœlum  
graphia. & ruit oceano nox. Dicitur a chronos, id est tempus. chronicos tempo-  
Topogra-  
phia. & grapho, id est scribo, graphe scriptura.

Chorogra-  
phia. ¶ Topographia est loci vera descriptio: vt Lucus in urbe fuit media  
Topothe-  
cia. Iætissimus umbra. Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula.  
Dicitur a Topos, id est locus, & grapho. ¶ Vocatur etiam Chorogra-  
phia, a choros, id est locus per omnia magna anter.

Aetiologya. ¶ Topothesia est loci ficta descriptio, vt Est in secessu logo locus insula  
portum Efficit &c. Nam hic portus nusq; est in aphrica, authore Ser-  
vilio. Dicitur a topos, id est locus, & thesis, id est positio. Cosmographia est  
mundi descriptio, a cosmos, id est mundus.

Aetiologya. ¶ Aetiologya est causæ redditio. vt Ad cœlum tendens ardentia lumi-  
gia. frustra, Lumina. Nam teneras arcebant vincula palmas. Dicitur  
ab ætia cu: diphthongo pœnultima breui sine aspiratione, id est cau-

Phrasis.

Chrono-  
graphia.  
Topogra-  
phia.

Chorogra-  
phia.  
Topothe-  
cia.

Aetiologya.

**la, ratiō, accusatio, confirmatio, culpa, & logos sermo, vel logia, id est locutio.**

**C**ebasis est lōgus in describēdo excursus. vt in descriptione tēpestatis Ecbasis. apud Vergiliū in Gæorgicis. Interpretatur exitus egressio; aut proutientus. ab ecēno, id est euēnīo, egredior, p̄tērēo. Vocatur etiam Pa- rebasis, id est transgressio.

**C**Antilogia est verborum contradic̄tio aut refragatio. vt Haud vñq Antilogia. tibi fistula cera iuncta fuit. Anti cōtra. logia, locutio. hoc est p̄tradictio.

**C**anchasinos est risus solutus: vt ha ha he apud comicos. Interpretatur Cancha- tur cachinnus. a canchazo. Canchaloo & canchao, id est cachinor. simos.

**C**Apophasis vel apologia est objectorum responsio vel excusatio: vt Apophas-

An mihi cantando vixit nō redderet ille Quem mea carminibus me sis.

runtset fistula caprum. Apophasis item, vt dicit Fabius in nono, est cu-

sipiam rei negatio, aut per transitum demonstratio in hūc modum.

**N**on agam fecum iure summo: non dicam quod forsitan obtinetem.

Et quid ego istius decreta: quid rapinas: quid hereditatum possessio-

nes datas, quid erexitas proferam? Et, Mitto illam primaz libidinis in

furiā. Et, Ne illa quidem testimonja recito que dicta sunt de sc̄stertijs

septingentis milibus. Et, Possum dicere. Quibus generibus per totas

interim quest̄iones decurrimus. vt Cicero. Hoc ego si sic agerem tanq

m̄hi etiāmen esset diluendum: hoc pluribus dicerem. H̄ec Fabius, asse-

rens Apophasim a negādo dici. Na; apophast̄ significat negare. apo-

phāno, id est demonstratio, definio. hinc apophasis iōs. id est negatio, sens-

tentia, demonstratio. Apophasco, id est nego vel sentētiā dico. Apolo- Apologia:

gia, id est defensio & excusatio. ab Apologeo, id respondeo. Apologema.

atos. id est excusatio. Apologemā defendo, respondeo, purgo, excuso.

**C**cōethos est mali moris aut consuetudinis descriptio: vt Exul ab Cacoethos

ostuta Marius bībit. Dicitur a cacos, id est malus. & ethos mos.

**C**catacrisis est alicuius facinoris cōdemnatio vel iudicatio: vt Tum Catacrisis

pendere poenas Cectropidē iussi. Dicitur a cata, id est per, & secundum,

& crisis, id est iudicium: hoc est condemnatio. Catactino, id est damno.

Catacritos condemnatus.

**C**apotheosis est alicuius mortalis in deos relatio: vt Candidus insue Apotheos-

tum miratur limen olympi. Interpretatur deificatio. cum w mega in sis.

poenultima. Apotheoo, id est deifico. ab apo p̄repositione variæ signi-

ficationis in compositione, & Theeo deifico. Theos, id est deus. Ma-

lim dicere Apotheosis Diui Francisci, q̄ canonizatio cum vulgo.

**C**atalogus est sermo rerum ordinem & numerum ostendens: vt Catalog⁹.

Tres sumus imbellis numero sine vitibus, vxor Laertesq; senex Tele-

machusq; puer. Catalogus est numeratio & delectus militum. a cata =

lego, id est numero.

**E**logium est alicuius rei testificatio, vel honoris, vel vituperatio: Elogium;

nisi gratia: vt Solonis sapientis elogium est, quo se negat velle suam

mortem dolererā amicorum la chrymis vacare.

**G**enealogia est alicuius generationis descripta series: vt Hunc Fau- Genealogia.

fotfuna ferendo est. Interpretatur admirabile, præter vulgi opinionem  
Vnde Paradoxa Ciceronis. a para, id est præter, & doxa maiestas, glo-  
ria, opinio.

**Epauxesis** est sententiarum incrementum ab iuso ad superiora con-  
surgens: ut Pompeium & hortani, & orare, & iam liberius accusare,  
& monere ut magnam infamiam fugiat: non desistimus. Transfertur  
magnum incrementum. ab epi præpositione, quæ interdum auget: &  
auxesis pœnultima longa, id est augmentum, auxes, idem, auxeticos  
auctiuius, auctio & auxano, id est augeo.

**Phytiologia** est rei naturalis descriptio. Horatius. Albus ut obscuro  
detegit nubila cœlo. Sæpe notus: nec parturit imbris Perpetuos, sic  
tu sapiens finire memento Tristitiam vitæ labores. Interpretatur  
locutio de natura, a physis iros, id est natura, & logia locutio.

**Epicherema** est argumentum ratiocinatum. Verum hoc cuz Syl-  
logismo & Enthymemate alijsq; pluribus inter figuras propriæ nume-  
randum non est: ut in nono Quintilianus innuit: licet non defuerint  
qui hæc omnia in figurarū contubernium admiserint. Epicherema cuz  
e longo ante r. quia per ei diphthongon græce scribitur, interpretatur  
conamen. Epichereo conor. Epicheresis pœnultima longa, id est co-  
natus.

**Problema** est propositio interrogationem definens annexam: vt Proble-  
ma apud Plutarchum. Interpretatur propugnaculum, prætextus, præ-  
positio.

**Epiphonema** est rei narratæ summa acclamatio: ut Tantæ molis Epiphone  
erat Romanam condere gentem. Tantū series iuncturaq; pollet. Inter-  
pretatur acclamatio. ab Epiphono, id est acclamo, inclamo. Niger  
annechit his tria carminum nomina, Epicedium, Epitaphium & Epi-  
thalamium: quæ & si proprie figuras non dixerimus: tamen cognatio  
nis non nihil cum his obtinent. Estq; eorum cum cætatis carminum  
nominiis cognitio vtilissima: ideo non pigebit ea annechtere.

**Epicedium** est carmen funebre: quod & Servius in bucolica testa-  
tur. & habetur cadauere nondum humato: ut Extinctum nymphæ Epicediu-  
m crudeli funere Daphnem flebant &c. Dicitur ab epi. id est in, & super,  
& cedia pœnultima longa, id est funus & affinitas. Cedeno, id est iusta  
soluo, funus curro, affinis sum, ad funus eo. Scribitur græce κατέσαι. In  
Nigro mendose legitur Epodium pro Epicedium.

**Epitaphium** est carmen cadaueti sepulco cantatum: vt Daphnis Epitaphi-  
ego in sylvis hincvsq; ad sidera notus Formosi pecoris custos: formo-  
sior ipse. Dicitur ab epi. & taphos, id est sepulchrum. Taphe es. exequiæ  
sepultura. Tapheus dissyllabum pollinctor.

**Epithalamium** est carmen nuptiale: vt apud Catullum, Claudianum, Epithala-  
& Ausonium. Dicitur ab Epi & Thalamus, id est geniale cubicu-  
lum.

**Protrepticon** est carmen instictiuu, & adhortatiuum. a protrepo, Protrepti  
id est ditigo, exhortor: vt apud Ausonium de studio puerili.

Phytiolog-  
gia.

Epicher-  
ma.

Proble-  
ma.

Epiphone

Epicediu-

Epitaphi-  
um.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

no & nympha genitum laurente Matrica Accipimus: Fauno Dicus patet: isq; parente Te Saturne refert. Interpretatur sermo de generatione, a genea, id est generatio, genus, progenies, & logos vel logia.

**Genethlia**  
con<sup>s</sup> **Genethlia** con est natalis descriptio: vt apud Vergili in Pollione. Interpretatur natalitium, & potest flecti Genethliacus a. um. i. nataliti<sup>o</sup>. a genethlon vel Genethlie, id est genus, nativitas. Genethlia celebritas natalitia: quæ sit in natali die.

**Monomachia** **Monomachia** est duorum singulare certamen: vt Turni & Aeneæ, a monon, id est solum, tantum. Monos, id est solus. Monomachus gladiator cum vnico pugnans. Mache, id est pugna.

**Naumachia** **Hinc Naumachia** pugna naualis, aut ipsius descriptio: vt apud Lixium. Gigantomachia, aut Gigoganthea, id est Gigantum pugna. sic Pædomachia &c.

**Syllogismus**  
finis. **Syllogismus** est oratio constans ex propositione, assumptione, & conclusione. Namq; haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem sonat, odea certe. Interpretatur computatio, pensatio. Sylloge es. congregatio, collectio. Syllogizo computo, concludo.

**Enthymema**  
ma. **Enthymema** est ex vnico assumpto concludēs: estq; Syllogismus im perfectus: vt Licet vt volo viuere: non sum Liberior bruto? Adiūcito propositionem, Syllogismus ent, sic. An quisq; est alius hber nisi ducere viam. Cui licet vt voluit: licet vt volo viuere: non sum Liberior bruto? Argumentationes poetiq; non constituantur secundum normulas logicorum: sed ex eis possunt elici secundum canones logicos Syllogismi, Enthymemata &c. vt ex dictis Persij verbis habetur hic Syllogismus in tertio modo primæ figuræ. Omnis homo cui licet viuere vt vult, est liber. Ego sum homo cui licet viuere vt volo: ergo ego sum liber. Hæc sine notitia logicæ perfectly noscet nemo. Enthymema interpretatur cōmentum & cogitatio. Enthymemæ, id est animaduerto, considero, cogito, reminiscor. Enthymesis pœnultima longa cogitatio. Enthymion, id est caute excogitatum, & astutia, res quæ in animo versatur.

**Oeconomia** **Oeconomia** est rei gubernandæ disp̄satio: vt Tu regere imperio populos Romane memento: Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere mortem: Parcere subiectis & debellare superbos. Dicitur Oeconomia lex dominus. ab eccl<sup>is</sup>, id est domus, & nomos, id est lex: hoc est dispensatio domestica. Oeconomos, id est dispensator rei familiaris, villicus.

**Palillogia** **Palillogia** est dictorum ornata replicatio: vt Arma viri forte arma. Interpretatur reiteratio vel duplicatio. Palillogos iterum collectus. apalio, id est iterum. logos, sermo. logia, locutio.

**Strategia**  
ana. **Strategia** est exemplum militare summo studio imitandum: vt apud Lixium de Hannibale. Interpretatur gesum militare & cōfiliū. scribitur græce per Η. στρατηγικη Strategema: sed in a longum sepe vertitur Η. vt machina, carius &c. Ideo male corripif in strategema secunda syllaba a Mantuano & pluribus. Strategia, id est militatio, prætura. Strategos imperator, dux exercitus.

**Paradoxo** **Paradoxon** est electa sententia: vt Quicquid erit superanda omnis:

Quintilianus confundit ponit Dixodon aphodon: ut sit eadem figura, veluti Hysteron Proteron: ideo Vallæ vix hære. Significant autem Dixodos Aphodos, transitum & redditum: teste Raphaele Regio ut sit transitus & redditus ab Ecclasi ad priorem materiam. utrumque cōponitur ab hodo, id est via.

### Quas tibi declarat Syntaxis non repetemus.

**D**e Appositione, Euocatione, Conceptione, Prolepsī, Zeugmate, Antipolis, Synthesi, & Syncedoche, quæ in Syntaxi dicta sunt, haud operæ precium fuerit hic repeteret, ita illis supersedendum censeo.

**C**Neq; multum dicendum de Idiophasi & Allophyli: quum Idiophasis sit reciproca cōstruictio: quasi propria locutio aut dictio. ab idios. i.

Idiophasi.

proprius, & phasis. i. fama aut dictio: vt Ego mediligo, tu te, ille se.

Allophyli.

**A**llophylis est constructio non reciproca: vt diligo Paulum. Dicitur quasi alterius generis. ex alio, id est aliud, & phylon cum y græco, id est genus, gens, natio. Mancinellus figuræ esse censet. Neutrū nomen est hexametro aptum. quia Idiophasis tribrachus includit. Allophylis vero contra Mancinellum est Ditrochæus: quia tertiam syllabam producit: vt Pamphylia secundam.

### Rem nimis ut notam ferimus nos sāpe tacere.

**P**arasiopesis est quum aliquid nos reticere dicimus: ut pote omnib<sup>9</sup> notuz: aut cum suspicione excitatæ majorētē reticēdō possumus. Quæ le est illud. In præsentia iudices iniussu populi q̄ improbissime gesserit reticebo. De falsis eius literis quas ad senatū miserit nihil dicaz. Quod illi sāpe interminati estis omittā. Nam & hæc vobis nota sunt, & quæ nouissime multo indigniora cōmisit: q̄ primū cognoscenda. Item illud Cogis me iniuriaz tuaz causa proferre: nihil agis. Nō dicam: sed ipsum tempus eam patefaciet. Latine hæc figura dicitur occupatio & præoccupatio. Parasiopesis pœnultima longa: vt Apoſiopesis, in Cothuocia Perotti scribitur per secundā-vocalē ante s. sit a para, id est apd, ab præter, & siopesis, id est silentium.

Parasiopesis.

### Fingere personam res est percrebra poetæ.

**P**rosopopœia est personæ fictio: quoties inanimatus loquitur: aut cōtra, vel animatum ad inanimatum, vel rationis expers: ut Ouidius ad librum. Parue nec in video sine me liber; bis in vibem. Et Ouidiani libri. Qui modo Nasōnis fueramus quinq; libelli. Horati. Quid amplius o mare & o terra ardeo. Apud Ouidium in meta. Terra loquitur & Cornix &c. Prosopopœia continet duos continuos iambos: ideo hexametrū non ingreditur. a prosopon per o mega in secunda syllaba, id est persona, & pœco, id est facio aut fingo. Hinc etiam & ab ethos, id est mos, fit Ethopœia, quæ est motuz efficio: sive Mimesis, id est imitatio: vt apud Terentium. At ego nesciebam quorsuz tu tres. parvula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua: soror dicta est: cupio. ab Ethopœia. Mimesis.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

**Propépti-** ¶ Propempticon carmen ut comitetur quenque scriptum: vt apud Sicon. donum offendes. a propempo, id est comitor, præmitto, cum pompa assequor.

**Epinicius** ¶ Epinicium carmen de victoria cuiusque ab epi. & nice, id est victoria. Epinicios, id est victoriosus. Epinicium carmen aut celebritas pro victoria habita. Talia sunt, aut singi e græco fonte possunt, carminum plurima nomina. Sed iam satis superque euagati ad monosticha nostra redeamus.

Intuenies versum repetitum sæpe decenter.

**Epimone.** ¶ Epimone est eiusdem versus frequens repetitio: vt in ludicro Vergiliano. Incipe mænalias mecum metribia versus. Ducite ab urbe domu mea carmina: ducite Daphnum. Epimone ultimam solum producit: ideo hexametrum non ingreditur. Interpretatur perseverantia, inflexia, assiduitas. Epimonos aduerbum, id est constanter, corripit secundam sine dubio: vt omnia composita ab epi. ἐπιμονά. ab epi. id est in, de, super, & mone mansio, monimos, id est stabilis. Versus sæpe repetitus vocatur intercalaris ab intercalando, id est interponendo vel interuocando: vt dicas intercalatis in Februatio.

**Anthypop-** Respondere solent scriptores ob*ſ*iendi.

**phora.** ¶ Anthypophora est ad ob*ſ*ienda responsio: vt Sum pius heu doleo: nam mihi sæpe nocet. Posset queri cur doles te pitum esse. Huic tacita questioni sic occurritur. Nam mihi sæpe nocet. Anthypophora est solutio. Hypophora nancio obiectio dicitur. Ab anti, id est contra, & Hypophora sit Anthypophora: quasi contra obiectiōnem. id autem solutio est. Hypophero, id est suffero, subduco. Hypophoros tributarius.

**Prosapo-** ¶ Huic figuræ haud multum absimilis est Prosapodosis, quum aut  
dolis. singulis statim ratio subiicitur: vt est illud. Neque accusatorem cum me tuo: qui sum innocens: neque competitorem vereor: qui sum Antoni<sup>r</sup>: neque consulem spero: qui est Cicero. Aut positis duobus vel tribus eodem ordine singulis continua reddatur ratio. Quale apud Brutum de dictatura Cnæi Pompeij. Præstat enim nemini imperare quod alicui seruire: sine illo enim viuere honeste licet: cum hoc viuendi nulla conditio. Dicitur a pros, id est ad, & apodosis, id est redditio: hoc est ad aliquid rationis redditio. Quintilianus in oratione, vix censem in figuris habendam Anthypophoram cum Diexodo & Aphodo.

**Diexodos** ¶ Diexodos est ab Ecbasi ad principalem materiam transitus. Hoc modo, Longius euectus sum: redito ad proposituz. Interpretatur decursus & transitus. Mantuanus in primo Fallorum. Sed quo mente vagor: video mea longior aquo est Ecbasis. ad sancti festum redeamus Hilarie.

**Aphodos.** ¶ Aphodon Georgius Valla vocat dubitationem: licet Quintilianus distinguere videatur; vt siue me malitia siue multitiaz dicere oportet.

do mendum esse in Valla. In Lexico græco Syncœesis dicitur cohabita-  
tio. Syncœeo cohabito &c.

**D**iaſtole (vnde Paradiſtole) inter figuræ a nōnullis ponitur: vt Hy Diaſtole.  
phen: quis ad accentum magis pertineat. Itaq; Diaſtole est diſtinctio=  
nis nota inter dictiones, ne putetur esse compositio.

**H**yphen est dictiōnū coniūctio vt noscatur esse p̄positio: vt q; plu= **H**yphen.  
ra sub vno accentu proferant. vt apud Vergiliū: telle Seruio. O socij  
neq; enim ignari sumus antemalorum. & Cœli subterlabentia signa.  
Dicitur subunio. ab hypo, id est sub, & hen, id est vnum.

**H**endiadym facies soluens in mobile fixum.

**H**endiadys figura est quum resoluitur substantiuum in adiectiuū: **H**endiadys  
vt Chalybē signosq; momordit. pro chalybeos frānos. Et, Pateris liba-  
mus & auro. id est pateris aureis per Herdiadym: vt Seruus docet in  
secundo Gæor. Poetis figura est peculiaris. Oratores vix vñq; vtuntur  
Interpretatur vnum per duo. ab hen cū aspiratione, id est vnum, & dia-  
per, & dyo duo: quādō vnum per duo dicitur: vt annulus autumq; ge-  
flo: pro annulum aureum.

Quando pati quod agit fero, contrave, Hypallage habetur.

**H**ypallage est figura quum verba per aduersum intelliguntur: quuž  
quod patitur agere dicitur aut contra: vt Trade rati ventos. pro trade  
ratem ventis. Hypallage dicitur submutatio vel subalternatio. ex hy-  
po, id est sub, & allage, id est mutatio. Allatto, id est fruto. Hypallatto,  
id est submuto vel subalterno. Contra corripui cum Attonio, licet pro-  
ductio sit melior & longe frequentior.

Liptote erit quoties plus significans minus aīo.

**L**iptote est figura qua minus dicimus q; significamus: vt haud pa-  
rum doctus: pro multū doctus. Munera nec sperno dulcis amice tua.  
id est libenter accipio. Liptote, id est defectua aut defectio. a lipo, id est  
deficio vel linquo.

**H**ypalla-  
ge.

**L**iptote.

Antitheton fiet quoties contraria neces.

**A**ntitheton est figura qua cōtraria cōtrarijs opponunt. Quid. in pri-  
mo meta. Frigida pugnabat calidis: humētia siccis: Molla cuž duri:  
sine pōdere habētia pōdus. Hæc vt Fabi⁹ ait in ix. non vñico fit modo.  
Naž & sit si singula singulis opponunt: vt vicit pudore libido: timore  
audacia. Et bina binis. Nō nři ingenij est: vestrī auxilij est. Et sinia sentē-  
tis. Dñeatur i cōcionib⁹: taceat i iudicijs. Cui cōmodissime iūgit ea spe-  
cies q; diffictio dicit. Odit pp̄lus Roman⁹ p̄uatā luxurijā: publicā ma-  
gnificētiā diligat. Antitheto nō absīlis est Antimetabole, q; ē ex diuerso  
mutatio: q; ḫba declinata repetunt: hoc mō. Nō vt edā viuo: s̄z vt vi-  
uam edo. Author Fabius in nono. Georgius Valla Antimetaphoraz  
vocat. Dicitur ab anti, id est contra, & Metabole, id est transitus: quasi  
in cōtrarium transitus. Antitheton. i. cōtra positi: ab anti, id est cōtra:

**A**ntithetō.

**A**ntimetabole.

# Ioannis Despauterii Niniuitæ

ducere ut reddam suis. Mimesis ne male pronūcias penulti mam producit: quia græce scribitur περιμηνοίς.

Laudatur verbī repetitio facta decenter.

Epano-  
dos.

**E**panodos est cum decore dictions repetitio siue regressio, plerūq; cum negatione, & interdum sine ea: ut Principum dignitas est pœne pat: non pat fortasse eorum q; sequebatur. Item. Principatus bon⁹ est: non bonus aut qui in Tyrannidez cōmutatur. Itē. Magnus est labor dīcendi: magna est res. Item. Par est vobis: non pat mihi Iulius ante. Et ut Georgius Valla ait. Compulerantq; greges Corydon & thyrsis in vnum: Thyrsis oues, Corydon dissentias lacite capellas. Epanodos pro celestis naticus est hexametris consumax. Fit ex epi & ana: quæ coniuncta iterum vel retro indicant, & hodos. i. via: quasi ad priorez viam regressio. Sūt qui Epanodos aspirant: ut hodos: alij citra flatum Epanodos, Periodos, Exodus, Synodus scribūt: ut Philippus argyriippus: non Philippus argyriippus &c. licet componātur ab hippo. de qua re alias plura dicemus: si mitissimus dominus noster Iesus vitam derit.

Virtutum vitiis interdum nomina dantur.

Paradia-  
stole.

**P**aradiastole est quem rem nostram dilatamus interpretatione: ut cum astutum sapientem vocamus. Prodigum liberalem. Temerariū fortē. sic cum Nigro Mancinellus. Componitur ex para, id est iuxta, & diastile, id est dilatatio: ut Mācinellus ait. At Fabius in nono distinctionem transfert. Verba eius sunt hæc. Detractionis gratia facta coniunctio (συμοίκειωσις) quæ duas res diuersas colligat. Tam deest aucto quod habet: q; quod non habet. Huic diuersam volunt esse distinctionem cui nomen dant Paradiastolen: qua similia discernuntur: quum te pro astuto sapientem appelles: pro confidente fortē: pro illiberali diligentem. In hunc locum sic scribit Raphael Regius. Syncœosis aut Syncœrosis. (Nam ei diphthongus modo in i modo in e longum vertitur) ex eo nomen accepit q; duo diuersa simili habitare faciat: hoc est colligat aut coniungat. Nam συμοίκειωσις Syncœrosis cohabitatio dicitur.

Synœco-  
sis.

**P**aradiastole autem transfertur sciunctio, diuisio, separatio, distinctio. Diastile, id est distinguo. Hoc autem modo a Rutilio Lupo definitur. Paradiastole est schema quod duas aut plures quæ videntur vnaq; vim habete: sententias disiungit: & quantum distant docet, cunq; suam sententiam subiungendo in hunc modum. Nam quum cæterosū opinionem fallere conaris tute ipse frustratis. Non enim probas te pro astuto sapientem: pro confidenti fortē: pro illiberali diligentem: pro maleuolo seuerum. Nullum est enim vitium quod virtutis laude glorificari possit. Huic figure (inquit Fabius) contraria est ea quæ ex vicinia transit ad diuersa aut similia. Brevis esse labore, Obscurus sio &c. Georgius Valla Syncœsim vocat: quam Quintilianus Syncœosim. cre-

Paradias-  
stole.

ille & terris iactatus & alto. Ille enim superabundat: telle Seruio. Inter pretatur superfluitas. Periploos, id est superfluous: quasi ultra plenitudinem & perfectionem aperi, id est ultra. & pleroma. i. plenitudo, supplementum. Plerosis, id est perfectio. Plerao, id est repleo perficio.

### Ob pulchram vocem quid factum Euphoniam fertur.

**E**uphoniam est mutatio quæpiam venustioris soni gratia: ut Tytides pro tydides, & redeo pro reeo. Interpretatur bona vox. Eu enim bonum indicat. Phone vox est. Quintilianus eleganter vocalitate appellat, q. Priscianus bonam sonoritatem. Euphoniam, ut apud Horatium Synphonia, corripit paenultimam. Licet ea syllaba ut pluribus citra necessitatem abutatur Mancinellus.

Euphoniam

### Versus ad absentem dicetur Apostropha sermo.

**A**póstrophe vel Apostropha est ad absentem sermonis conuersio: ut Tenunc appello aphricane. Et, Nec te tua plurima Panthu Labentez pietas nec Apollinis infusa texit. Dicitur a Fabio in nono, Auersus sermo siue auersio. apostropho auerto. Apostrophe etiam odium. significat. Apostrophos est accentus quidam apud grecos.

Apostro-  
phe.

### Dic Allœothetam contra artem quid variatum.

**A**llœotheta est accidentium contra artem mutatio: ut Generis, Numeri, Casus, Personæ, Modi, Comparationis. Itaque continet sub se Antiquissimum, Synthesim, & plures figuræ. Exempla Mancinelli sunt hæc. Pars in frusta secant. Tu mihi quodcumque hoc regni. Urbem quam statuo vestra est. Dulcis satis humor: depulsis arbitus hædis: Lenta salix foeto pecori: mihi solus Amyntas. De quibus omnibus quid sentiam? satis in Syntaxi nostra patet. Allœothetam Priscianus libro decimo octauo interpretatur variationem. ad verbū interpretatur aliter posita aut alia positio. ab alios, id est aliter, vel allœos cum ο diphthongo ut græca literatura indicat, αλλοισ, id est alius & varius atque diuersus. αλλοιω, id est permuto. αλλοιωδις allœosis cum ο diphthongo sequente ologo, id est mutatio & (ut ita dixerim) alteratio. & a theton, id est positum. Thesis positio. quorum composita paenultimam corripiunt omnia: ut Antitheton apud Persium. Agonotheta. Epitheton &c. Ideo tam Mancinellus quæceteri quotquot haec tenus figurarum nomina versibus conclusere duos Barbarismos in hoc nomine fecerunt: peruersæ citra necessitatem secundam corripientes, & paenultimam producentes.

**A**llœotheta dicitur alio nomine Allœosis. quæ duo nomina in Gregorio Valla rectissime cum ο diphthongo impressit Aldus vir utriusque linguae instaurator summus.

**V**alla Allœothetam vocat alio nomine Solœcophanem: quasi Solœcos, locum siue Solœcismum apparentem. a solœcus, & phanos, id est ap-

Allœosis.

Solœcos-

phanes.

# Ioannis Despauperii Niniuitae

& theton, id est positū. Persius. Crimina ratis Librat in Antithetis, de  
tas posuisse figurās Laudatur.

Erotēma. Quæstio Erotēma est inter numerata figurās.

**C**erotēma est interrogatio. Mancinellus inter figurās locat. Lucanus  
in primo. Quis furor o ciues? quæ tanta licentia ferri? Gentibus in  
uisis latium præbere cruentem! Erotao, id est interrogatio. Erotēma, vel  
Erotēsis pœnultima longa, id est interrogatio. Erotēmaticus, id est  
interrogatiuus.

Dicta prius declarat Epexegeſis aperte.

Epegeſis. Epexegeſis est ante dictorum expositio vel declaratio: vt Tolle fu-  
ga Turnum atq; instantibus eripe fatis. Dicitur ab Epi, id est supra, &  
exegesis pœnultima longa cum antepœnultima, id est expositio. Exe-  
gema expositio vel narratio. Exegeomæ, id est præsum & expono. Exe-  
getes, id est præceptor & expositor.

Emphasis est sensus maior q̄ verba recludant.

Emphasis. Emphasis est figura altiorem præbens intellectum q̄ quem verba  
per se ipſa declarant. Author Quintilianus in octavo. Eius duæ sunt  
species. Altera quæ plus significat q̄ dicit. Altera quæ etiam id quod nō  
dicit. Prior est apud Homerum, quum Menelaus graios in equum  
descendisse ait. Nam verbo uno magnitudinem eius ostendit. & apud  
Vergilium. Demissum lapiſ perfunem. Nam sic quoq; demonstrata  
est magnitudo. Idem Cyclopa quum iacuisse dicit per antrum: prodi-  
giolum illud corpus spacio loci mensus est. Sequens positum est in vo-  
ce aut omnino suppressa, aut etiam abſcissa. Supprimitur vox apud  
Ciceronem pro Ligatio. Q; si in tanta fortuna: bonitas tanta non  
est: quam tu per te: per te inquam obtines, intellecto quid loquor. Ta-  
cuit enim illud quod nihilominus intelligitur, non deesse homines qui  
ad crudelitatem eum impellerent. Vergilius in primo Georgicorum  
Emphasiſ fecit: authore Servio, dicens. Quum iam glandes atq; ar-  
buta sacrae Desicerent sylva & victimum Dodona negaret. Significatur  
enim etiam id quod non dicit, hoc est non solum alia: sed etiam sacra.  
Nam harum sterilitas aliarum denotat infecunditatem. Emphasis  
interpretatur suspicio, significatio, demonstratio, effigies. Emphaniſo  
id est demonstro, declaro. Emphæno, id est manifesto. Niger Empha-  
sim vocat quoties fixum pro mobili ponit: vt scelus pro scelestus &c.

Parelon. Quod nihil ad sensum facit esto Parelon ubiq;

**C**arelcon est dictionis aut syllabæ nihil ad sensum facientis adiectio  
vt apud Terentium. Ad esdum paucis te volo. Dum Parelon est, syll-  
labica adiectio. Author Donatus. Sic Parelon est sibi teste Beroaldo  
in octavo Apulej. In suo sibi periuoluta sanguine. vt apud Teren-  
tium. Suo sibi gladio hunc iugulo. Dicitur a Parelo, id est produco  
plongo. Sigd meti sanctū causā inculcat, diciſ Peripleroma. vt Multū

Periplero-  
ma.

partis. Vnde Amorem phaneta vocauit Orpheus: q̄ primus ex chao apparet. Hunc solem esse volunt nonnulli. Phanizo, id est appateo, ostendo, manifesto. Vocatur eadem figura Archaismos, id est antiquitas ab archigos, id est antiquus, priscus. Licet imperitum vulgus putet Archaismos praepositionis tantum figuram esse. Mihi coquinet quisquis commentarios Donati, Seruit, Beroaldi, diligenter perfectauerit.

7' No. 4

Cautum est auctoritate principali, ut auctentico libri  
quæ instrumento, ne quis hoc opusculum biennio  
proximo in regno Franciae imprimat præter

Badium, aut aliubi impressum vñuen-  
det, sub poena contenta in eo-  
dem instrumento, quod

iustis rationibus

experientibus

commu-

nica

bi

tur.

Impressum est autem ad Nonas Maias  
Anno Domini. M D XIX.